¶ et ait illis. etiã hæc verba ſequentia cõſecrando dixit. et ſemel tantum & audiẽtibus apoſtolis. et tunc dedit eis dicens. ¶ bibite ex hoc omnes. ¶ et biberũt ex illo omnes, quia euãgeliſtæ non ſemper eũdem ordinem in recitando ſeruauerũt quo res ſunt geſtæ, vt Augu. dicit in lib. de conſ. euangeliſtarũ. ¶ Hic eſt ſanguis. Quidam dixerunt q; de ſubſtantia formæ hui⁹ ſacramẽti eſt hoc ſolum quod dicit. Hic eſt calix ſanguinis mei. Quia tamẽ verba quæ ſequũtur ſunt determinatiões p̄dicati. i. ſanguinis Chriſti, & per cõſequens ad integritatẽ locutionis pertinẽtes, cõueniẽtius dicitur q; omnia verba quæ in cõſecratiõe ſanguinis, excepto enim, dicit eccleſia, ſunt de ſubſtãtia formæ vſq; ad illud, hæc quotieſcũq; &c. quod pertinet ad vſum huius ſacramenti. Quæ verba cõſecrationis omnia credimus Chriſtum dixiſſe, tum quia ipſe hoc ſacramẽtum inſtituit de cuius eſſe & ſubſtantia eſt forma, tum etiam quia iſta forma tradita eſt ecccleſiæ a Petro & alijs ap̄lis qui conſecrationi interfuerũt, vt dicit in cap̄. cum Matthæ. de celebra. miſſ. ¶ Nec obſtat q; euangeliſtæ hanc formam non ſcripſerunt: quia euangeliſtæ non intendebant tradere formas ſacramentorum, quas in primitiua eccleſia oportebat eſſe occultas. vt Dioniſ. ait in fine eccleſiaſticæ Ierarch. ſed intendebant hyſtoriam de Chriſto texere. Nec ſcripſerunt omia quæ dixit & fecit Chriſtus, ſicut eſt illud qd' allegat Paulus Actu. xx. Chriſtũ dixiſſe beati⁹ eſſe magis dare q̃ accipere. Et p̄ma Corinthi. xv. narrat de chriſto, qui viſus eſt plusq̃ quingẽtis fratribus & Iacobo. Vnde Ioã. xx. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus. Simile Ioan. vlti. Nec in euãgelijs habemus p̄ciſa verba formæ alicuius ſacramẽti, præter formam cõſecrationis panis. Sed ex traditiõe Chriſti habet eccleſia p̄dicta verba quæ ad ipſam per ap̄los puenerũt. Et illi habuerũt ex familiari traditione Chriſti, ſecundũ illud p̄ma. Corinth. xi. et. xv, ego accepi a domino quod & tradidi vobis. Eſt igitur forma cõſecratiõis ſauguinis. Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamẽti myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ. Sed per prima verba cum dicit, Hic eſt calix ſanguinis mei, ſignificatur conuerſio vini in ſanguinem, eo modo quo in cõſecratione corporis dictum eſt. per verba autẽ ſequentia deſignatur virtus ſanguinis effuſi in paſſiõe. qui quidem ordinatur ad tria. Primo ad adipiſcendum æternam hereditatẽ. ſecundũ illud Hebreo. x. habemus fiduciam in introitũ ſanctorum per ſanguinem eius. & ad hoc deſignãdum dicit noui & æterni teſtamenti. Secũdo ad iuſticiam gratiæ quæ eſt per fidem. ſcd'm illud Aoma. iij, quem propoſuit deus ꝓpicia

torem perfidē in ſanguine ipſius. Et ideo ſub ditur miſterium fidei. iij. ad remouendum im pedimenta vtriuſq; prædictorum. Propter quod ſubiungitur qui pro uobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorū. Sic ergo exponantur verba præmiſſa. ¶ Calix ſanguinis mei. i. ſanguis meus ſud ſpecie & accidentibus uini cōtentus in calice, quia ſan guis Chrī in hoc ſacramento datur in potum fidelium Ioha. vi. quod non importatur nomine ſanguinis, ideo deſignatur per vas huic vſui accomodatum. Vel quia calix ſignificat paſſionē Math. xxvi. ¶ Noui & æterni teſtamenti. n. nouæ & æterne promiſſionis confir mator, ſic exponit inocen. in. c. cum Matth. de celeb. miſ. teſtamētum enim ut dicit Thomas eſt diſpoſitio hereditatis. Hereditatem aūt cæ leſtem deus diſpoſuit hominibus dandam p uirtutem ſanguinis Chrī. primo quidem in fi gura ut in veteri teſtamēto. ij. in re & veritate vt in nouo teſtamento. Et ſicut vetus teſtamē tum dedicatum eſt in ſanguine animaliū īmo latorū, ſic & nouū in ſanguine Chriſti. Hebre. ix. & exod. xxix. leui. iiij. & . viij. Dr̄ ergo teſta mentum nouū ratione exhibita oris: quia nō in figura ſed in veritate exhibetur. Dr̄ æternū quia in eo nō temporalia ſed æterna promittuntur: & hereditas habetur æterna, & quia te ſtamentum hoc nunq̄ ceſſabit. Hebr. ix. pulchre de his dicebat applus. Ideo noui teſtamēti mediator eſt, vt morte intercedēte in re demptionem earūdem præuaricationū quæ erant ſub priori teſtamento repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. ¶ Miſterium. i ſecretum fidei. quia ſanguis Chriſti in hoc ſacramento ſecreto & occulto modo uere & realiter exiſtens ſola fide tene tur. occulte etiā fuit miſteriū ſanguinis Chriſti figuratum in veteri teſtamento. Qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionē peccatorum. pro omnibus ſufficienter, ſed ꝓ multis efficaciter. pro illis. ſ. quibus applicatur per fidem vt in lege veteri. aut per fidei ſacramenta vt in noua lege, & quia ſanguis ſeorſū conſecratus a corpore Luc. dicit pro vobis. Mar. pro multis debet autem ſub audiri & vt eccleſia ponit in cōſecratione ſanguinis dicēs pro vobis & pro multis expreſſius repreſentat paſſionem Chriſti ideo in conſecratione ſanguinis potius. fit mentio de paſſione Chrī & eius fructu q̄ in conſecratione corporis. ꝓ pter quod iſta verba prædicta ſunt de eſſentia cōſecrationis ſanguinis illa, v. ſ. quod pro vobis tradetur non ſunt de eſſe conſecrationis corporis. Ob reuerētiam tanti tamq; ſalu tiferi ſacramenti quedam ſub breuitate quaſi prælibando tangere decreui: vnde primo ſciē dum q; miniſter huius ſacramenti eſt non an gelus ſed homo, non fœmina ſed vir bap tiza tus & preſbiter ordinatus. qui licet ſit excomu nicatus degradatus hæreticus ſciſmaticus interdictus aut depoſitus ſine ſacerdotalibus or namentis & cæteris ad ritum huius ſacramen ti pertinentibus conficere poteſt dum tñ ſup prædicta materia panis & vini verba premiſ ſa dicat cum intentione ſaltem habituali faciē di id quod facit eccleſia etiam ſi conſecret hac intentione vt corpore Chriſti ad venena vtatur, vel vt corpori Chriſti poſt conſecrationē irrideat. ¶ Secundo ſciendum q; virtute agen tis finiti nō poteſt forma in formam mutari, nec materia in materiā, ſed virtus infinita dei quæ habet actionem in totum ens poteſt cōuertere totam ſubſtantiam vnius entis in totā ſuſtātiam alterius. & hoc agit virtus diuina in hoc ſacramento. Quapropter tanta eſt virtus illorum verborum q; in vltimo inſtanti prolationis eorum tota ſuſtantia panis conuertitur in totam ſuſtantiā corporis Chriſti materia. ſ. in materiam, & forma in formam vt ſupradi ctum eſt. Et omnia quæ dicuntur de pane & corpore Chriſti, ſunt etiam intelligenda de vi no & ſanguine eiuſdem. itaq; vltimum inſtās prolationis verborum eſt primum inſtans in quo eſt in ſacramento corpus Chriſti. In toto autem tēpore precedenti eſt ibi ſuſtantia panis. cuius temporis non eſt accipere aliquod inſtans proximo precedens vltimum inſtās, quia tempus non componitur ex inſtantibus conſequenter ſe habētibus. vi. phiſicorum & ideo eſt dare primum inſtās in quo eſt ibi cor pus Chriſti, & non eſt dare vltimum inſtans in quo ſit ibi ſuſtantia panis, ſed eſt dare vltimum tempus. & idem eſt dicendum in mutra

tionibus naturalibus. ¶Ex his q̄ dicta ſunt in
fertur primo ꝙ corpus chriſti in hoc ſacramē
to eſt vere & realiter. Item ꝙ facta conſecra-
tione non remanet in hoc ſacramento ſuſtan
tia panis & vini, nec quantum ad formam ſu
ſtantialem, nec quantum ad materiam. ¶Itē
ꝙ ſuſtantia panis & vini poſt conſecrationem
nec eſt ſub ſpeciebus panis & vini, nec alibi.
Non tamen ſequitur ꝙ aut anihiletur, aut in
priſtinam materiam reſoluatur. conuertitur
enim in corpus Chriſti. ¶Tertio ſciendum ꝙ
facta prædicta tranſſuſtantiatione ſuſtantiæ
panis & vini in ſuſtantiam corporis & ſangui
nis Chriſti, remanent in ſacramento omnia
accidentia panis & vini, non in ſuſtantia pa-
nis & vini quæ iam ibi non eſt. Nec in ſuſtan
tia corporis & ſanguinis chri cuius talia acci-
dentia nō ſunt. Nec etiam in aere, ꝓpter ean
dem rationem. ſed hoc fit per diuinam virtu
tem quæ dat accidentibus eſſe ſine ſubiecto.
quia cum effectus plus dependeat a cauſa pri
ma q̄ a ſecunda, ſicut dicitur in prima ꝓpoſi
tione libri de cauſis, fieri poteſt virtute cauſæ
primæ vt remaneat effectus ſubſiſtendi acci-
dentibus ſublato ſubiecto quod eſt cauſa ſe-
cunda & ſic manet in accidentibus eadem eſ
ſentia, non tamen idem modus eſſendi. Hoc
autē. ſ. ꝙ accidentia maneant, fit ad vitandum
horrorem nobis ſumentibus, & irriſionem in
in fidelium, quod eſſet ſi corpus & ſanguinē
ſub ꝓprijs accidētibus ſumeremus. Et de hoc
litigabant Iudei Iohan. vi. dicētes: quomodo
poteſt hic dare nobis carnem ſuam ad man-
ducandum? Quibus reſpondit Chriſtus. ver-
ba q̄ ego locutus ſum vobis ſpiritus & vita
ſunt. i. caro mea ſūmenda eſt, non ſub accidē
tibus proprijs. ſed ſpiritualiter i. per fidem &
charitatem, & ſub ſacramento in quo vere &
realiter exiſtit chriſti caro, & etiam ſumitur,
ſed ſub accidentibus alienis. Et q̄uis aliqui di
cant ꝙ oēs ſenſus decipiuntur excepto audi-
tu audiente hoc eſt corpus meum, ſicut acci-
dit Iſaac cum acciperet cibum Gene. xxvi. Ve
rū tamē eſt ꝙ nulla fit hic ſenſuū deceptio. Sūt
enim in hoc ſacramento ſecundū rei veritatē
accidentia, quæ ſenſibus iudicantur intellect⁹
aūt cuius obiectum eſt ſuſtantia. iij. de anima
per fidem a deceptiōe præſeruatur. Nec fides
nr̄a eſt contra ſenſum, ſed de his ad quæ ſen
ſus noſter non attingit. ¶Sola aūt quātitas di
menſiua panis & vini eſt ibi ſine ſubiecto. cæ
tera vero accidentia etiam verum & denſum,
poroſitas duricia frāgibilitas ſonabilitas quæ
ſunt qualitates materiam cōſequentes fundā
tur in ipſa quantitate, & in ipſa indiuiduantur
Et ſicut ſpeciebus ſacramentalibus datur vir-
tute diuina vt remaneant in ſuo eſſe quod ha
bebant ſuſtantia panis & vini ibi exiſtente, cō
ſequens etiam eſt remaneant in ſuo agere &
pati, vt. ſ. agere & pati poſſint, quidquid age-
re & pati poſſet ſuſtantia panis & vini ſi ibi
præſens exiſteret. immutant ergo naturaliter
ſenſus nr̄os poſſunt etiam naturaliter corrū-
pi per ſe & per accidens. per ſe quidem ſ. alte-
ratione qualitatis, & addictione vel diminu-
tione quātitatis. per accidens vero, ad corrup
tionem ſubiecti. Hoc eſt dicere ꝙ accidentia
in ſacramēto quia habent actum & vini ſuſtā
tiæ præcipue quantitas tunc corrumpuntur a
contrario agente, quando ſuſtantia panis &
vini, ſi ibi eſſet, corrūperetur. Et ſi immutatio
tanta eſt aut ex parte qualitatum in odore ſa
pore &c. aut quantitatis vt ſi fiat puluerizatio
aut diuiſio in minutiſſimas partes ita vt ibi nō
ſaluaretur natura & ſpecies panis, tunc deſi-
nunt ibi eſſe accidentia, & per cōſequens cor
pus Chri & ſanguis, quæ tandiu & non am-
plius manet in ſacramento, quandiu ſacramē
tales ſpecies manent eædem numero, & pre
cipue quantitas. ¶Et ex his etiā poteſt aliquid
gn̄ari. & poſſunt nutrire calefacere & inebria
re. Poſſunt etiam frāgi. & oēs prædictæ actio
nes & paſſiones horum accidentium fundan
tur in quantitate, quæ ſuplet vicem ſubiecti &
materiæ, & ſunt naturales. præſupponunt tn̄
miraculum quia. ſ. manent ſine ſubiecto ſicut
& cæcus miraculoſe illuminatus naturaliter
videt. ¶Poteſt item vino cōſecrato liquor ad
mixceri. ꝙ ſi tanta fiat per mixtio cuiuſcumq̄
liquoris, ꝙ pertingat ad totum vinū conſecra-
tum erit aliud vinū numero ſi liquor ad mix-
tus fuerit vinum. ſi vero liquor ad mixtus fue
rit alterius ſpeciei & æqualis virtutis, ex eis re
ſultat tertia ſpecies, ſi maioris conuertet vinū

ipſe & cum nõ maneant eadem numero acci dentia q̃ primo ſine ſubiecto erant, nũc vero in ſubiecto ſunt, deſinit ibi eſſe ſanguis Chr̃i. Si autem fiat tam parua mixtio alicuius liquo ris ꝙ diffundi nõ poſſit per totum ſed vſq; ad aliquam partem ſpecierũ, deſinit ibi eſſe ſan- guis Chr̃i ſub illa parte vini conſecrati ad quã peruenit mixtio, remanebit tñ ſub alia. Et erit vna dimenſio ſecũdũ continuitatem quantita tis, non tñ vna ſecundum modũ eſſendi. quia vna pars erit ſine ſubiecto, alia in ſubiecto ſi cut ſi aliquod corpus cõſtituatur ex duobus metallis continuatis, erit vnum corpus ſecun dum rationem quantitatis non tñ ſecundum ſpeciem naturæ. ¶ Quarto ſciendum ꝙ ex vi ſacramenti vel ex vi cõuerſionis vel ex vi ver borum quod pro eodem accipitur, illud eſt ĩ hoc ſacramento in quod directe conuertitur ſuſtantia panis & vini præ exiſtens prout per verba formæ ſignificatur, quæ ſunt effectiua in hoc ſacramento. Et ſic ſub ſpeciebus panis eſt totum corpus Chriſti ſolum.ſ. caro nerui oſſa & huiuſmodi. Et ſub ſpeciebus vini ẽ ſo lum ſuſtantia ſanginis. Sed per realem & na- turalem concomitantiam ſub ſpeciebus panis eſt corpus Chr̃i & omnia q̃ realiter ſunt ſibi vnita.ſ. ſanguis & aĩa & deitas & tota quanti tas dimenſa corporis Chriſti, & omnia alia accidẽtia eius. Et ſub ſpeciebus vini etiam oĩa iſta continentur. ſanguis tñ ex vi ſacramenti, alia vero per realem & naturalem concomi- tantiã. Vnde patet ꝙ in triduo mortis ſub ſpe ciebus panis & vini non eſſet aĩa Chriſti. nec ſanguis ſub ſpeciebus panis, nec corpus ſub ſpeciebus vini. ¶ Et quia facta conuerſione accidentia manent palam eſt ꝙ dimenſiones panis & vini non conuertuntur in dimenſio nes corporis & ſanguinis Chriſti, ſed ſuſtan tia in ſuſtantiã. Et ſic ſuſtantia corporis & ſan guinis Chriſti eſt in hoc ſacramento ex vi ſa- cramenti, non autẽ dimenſiones quæ ſunt ibi ſolum ex reali concomitantia. Vnde patet ꝙ corpus chriſti eſt in hoc ſacramento non per modũ quantitatis, ſed per modum ſuſtantiæ. ſuſtantia aũt vt ſuſtantia eſt.i. ſine quantitate. Non determinatur ad aliquem locum, ſed vt eſt quanta, quia mendiantibus menſionibus ſuis ad dimenſiones loci habet habitudinem. Et ſicut coiter ſuſtantia eſt in loco & etiam di uiſibilis ratione ſuæ quãtitatis, ita in ſacramẽ to ſunt dimenſiones corporis ratione ſuæ ſu ſtantiæ & per modũ ſuſtantiæ. Ex quibus pri mo infertur ꝙ ſuſtantia corporis Chr̃i conſi- derata ſine quantitate nulibi eſt. Sed medi n tibus dimenſionibus proprijs, ſolũ eſt in vno loco puta nunc in cælo. mediantibus vero di menſionibus ſacramenti ſub quibus vere eſt & realiter, ibi & in tot locis eſt & vnum nu- mero corpus, vbi & inquot locis ſunt ſpecies ſacramenti facta conuerſione. Nec eſt incon ueniens ꝙ vnũ numero corpus ſit in pluribus locis ſimul. in vno localiter & mediantibus di menſionibus proprijs, in alijs vero medianti bus dimenſionibus alienis. Exemplum de re a multis viſa. ¶ Secundo ꝙ corpus Chr̃i in ſa cramento nec eſt circunſcriptiue.i. localiter. Nec diffinitiue, quia ſic eſt in hoc altari ꝙ etiã in multis alijs altaribus ſub ſacramẽto. Et cor pus Chr̃i non eſt extra ſuperficiem ſacramen ti. Hoc ideo eſt quia ibi incipit eſſe per cõuer ſionem ſuſtantiæ panis & vini in ipſum vt di ctum eſt quæ ſuſtantia nõ erat extra ſuam ſu perficiem. Et locus ille in quo eſt corpus Chri ſti non eſt vacuus. Nec tamen proprie eſt re pletus ſuſtantia corporis Chriſti, quod non eſt ibi localiter. Nec etiam eſt repletus dimen ſionibus proprijs quæ ſunt ibi per modum ſu ſtantiæ, ſicut in albo & dulci compræhendit oculus dulcedinem per modum albedinis. ſed eſt repletus ſpeciebus ſacramenti, quæ ha bent replere locũ ratione dimenſionũ. ¶ Ter tio ſequitur ꝙ idem numero corpus Chr̃i in cælo localiter exiſtẽs incipit eſſe in altari abſ- q; hoc ꝙ de cælo deſcẽdat, quia corpus Chri ſti incipit de nouo eſſe in altari non per ſui mutationem localem, ſed per hoc ꝙ ſuſtan- tia panis in altari exiſtens conuertitur in ip- ſum. Sicut ignis de nouo incipit eſſe vbi erat aer ſine ſui mutatione locali quando aer in ignem conuertitur. ¶ Quarto infertur ꝙ tota quantitas dimenſiua corporis Chr̃i cõ tinetur ĩ hoc ſacramẽto, & in qualibet particu la ſacramenti ſiue continua, ſiue actu diuiſa,

in qua ante cõſecrationem ſaluaretur natura & ſpecies panis & vini. Ratio huius eſt quia corpus chriſti in ſacramento non per modũ quantitatis,ſed per modum ſuſtantiæ quantitas autem corporis Chriſti eſt in ſacramẽto concomitanter,& non ſecundum modum ꝓprium vt.ſ.ſit tota in toto,& ſingulæ partes in ſingulis partibus ſed eſt ſecũdum modum ſuſtantiæ,vt.ſ.ſit tota in toto, & tota inqualibet eius parte.totalitas enim ſuſtantiæ indifferenter continetur in parua & magna quantitate, ſicut tota natura aeris in paruo & magno aere. ¶Quinto ſequitur ꝙ totum & intergrum corpus Chr̃i cum omnibus membris ſuis eſt in qualibet particula ſacramẽti ſine confuſione membrorum quorum diſtantia fundatur in quantitate dimẽſiua quæ ibi tota eſt in qualibet particula.Sed ad hoc ſacramentum non comparatur corpus Chr̃i ſecundum hanc diſtantiam,quia non comparatur ad ſacramentum per modum ſuæ quantitatis, ſed potius quantitas eius per modũ ſuſtantiæ. Vnde corpus Chriſti in ſacramento exiſtens habet ordinem & diſtantiam partium in ſe,ſed non ꝑ comparationem ad ſpecies ſacramẽtales.Eſt dicere ꝙ hic eſt ordo partium in toto,nõ ordo partium in loco. Et in tota hoſtia eſt totũ corpus ordinatum cum omnibus mẽbris ſuis diſtinctis,ſic etiam eſt in tota particula ſiue continua ſiue actu diuiſa. ¶Sexto ſequitur ꝙ ſub vtraqꝫ ſpecie.ſ.panis & vini totus Chriſtus eſt vt ſupra fuit expoſitum. Nec tamen altera ſpecies ſuperfluit, quia hoc factum eſt.ſ.ꝙ ſeorſũ conſacretur corpus,& ſeorſum ſanguis. primo ad repreſentãdam dominicam paſſionem in qua fuit ſanguis a corpore ſeparatus, cuius paſſionis hoc ſacramẽtum eſt memoriale. Secundo hoc eſt conueniens vſui ſacramẽti quod ſumitur ꝑ modũ cibi & potus. Io.vi. qui ſeorſum accipiuntur.Et eſt hoc ſciendum multa quidem materialiter, ſed vnum formaliter & perfectiue.ſ.vnitate perfectionis. Ad perfectam enim perfectionem cibus & pot⁹ requiruntur. Nec formæ ſe expectant in agẽdo, ſed quælibet in vltimo inſtanti ſuæ prolationis habet effectum ſuum. ¶Septimo ſequitur.ꝙ ſicut corpus ſine ſui mutatione incipit eſſe in ſacramẽto,ita etiam ſine aliqua ſui mutatione deſinit eſſe ſub ſacramento deſinentibus ſpeciebus in quibus eſt in mobiliter per ſe loquendo. mouetur tñ per accidens motis ſpeciebus in quibus non eſt ſicut in loco nec ꝓprio nec comuni. ¶viij.ſequitur ꝙ corpus Chriſti in hoc ſacramento exiſtens nullam habet actionẽ aut paſſionem phiſicam, quæ ad exteriorẽ materiam actiue aut paſſiue terminetur. Non enim poteſt tangere medium circunſtans nec ab eo tangi,quia ſecũdum ꝙ eſt in ſacramento non comparatur ad medium circunſtans mediantibus proprijs dimenſionibus, ſed mediãtibus dimẽſionibus alienis.ſ. ſacramenti.Vnde non poteſt augeri nec minui frangi atteri, nec etiam videri põt oculo corporali etiã glorificato. Nec ab oculo corporali ipſius Chriſti extra ſacramentum vel intra facramentum exiſtenti,ꝗuis thomas videatur dicere cõtrarium.Color enim corporis Chriſti ſub ſacramẽto exiſtens cum ſit ibi per modum ſuſtantiæ & ſub alienis dimenſionibus nõ poteſt aerem tangere,nec ipſum immutare, & per conſequens nec aliquem oculum corporalem, qui videre nõ poteſt niſi immutatus ſpecie viſibili per medium diffuſſa & multiplicata.Nec etiam corpus Chriſti ſub ſacramento exiſtens ſubiacet ſenſui,nec imaginationi.Sed ſolum eſt viſibile oculo ſpirituali.i intellectu. Et quia in ſacramento habet eẽ ſuper naturale ab oculo diuino ſecundum ſe videri poteſt. Et etiam ab oculo beato hominis vel angeli ſecundum participatam claritatem diuini intellectus.Ab intellectu autẽ hominis viatoris videri non poteſt niſi per fidẽ. Angulus vero ſecundum ſua naturalia videre non Poteſt.Vnde demones non poſſunt per intellectum videre Chriſtum in hoc ſacramẽto niſi per fidẽ cui non voluntarie aſſentiunt, ſed ad hoc ſignorum euidentia conuincũtur. Quod ſi in ſacramẽto appareat caro vt factũ eſt Gregorio volẽte cõmunicare quandã matronam.Aut puer,ſicut factum eſt euidam patri ad tollendam eius dubitationem vt legitur in vitis patrum.Aut appareat ſanguis in calice,tunc dicẽdum eſt quia aut hoc apparet vni & nõ alijs.Aut ſi apparet pluribus,hoc eſt ad

modicum tempus ꝙ immutatio non eſt facta circa ſacramentum, ſed ſolum in oculis intuentium. Et nõ eſt ibi aliqua deceptio. quia fit ad hoc vt manifeſtet vere ibi eſſe corpus chr̄i & in hoc caſu ille cui hoc apparet non ſumeret ſacramentum ꝓpter horrorem, ſed ſummet alius. Si autem appareat multis & per lõgum tempus, dicendum ꝙ ſub illa ſpecie carnis ſanguinis vel pueri latet ſpecies ſacramenti, ſub qua continetur Chr̄s, quem adoramus. Et illa ſpecies ſacramenti circunfunditur quibuſdam accidẽtibus carnis ſanguinis aut pueri quæ de nouo creantur ad demõſtrandam veritatem ſacramenti. Alij tñ dicunt ꝙ manẽtibus dimenſionibus eiſdem quæ prius fuerũt fit miraculoſe quædam immutatio, circa alia accidẽtia. Vnde patet ꝙ facta tali apparitione ſpecies ſacramentales aut totaliter manent in ſe ipſis, aut ſaltem quantũ ad id quod eſt principale in eis. ſ. quantitatem dimenſiuam quæ manet eadem numero. Et per cõſequens ſub illa ſpecie ſacramenti eſt Chr̄s. Patet etiã quia non debet adorari ille puer quia nõ eſt Chriſtus, nec eſt imago Chriſti. Nec illa caro, quia non eſt caro Chr̄i. Nec ille ſanguis, quia non eſt ſanguis Chriſti, ſed adoramus Chr̄um vere exiſtentem ſub ſpcie ſacramentali panis & vini quæ ibi eſt etiã facta tali apparitione, & laudamus deum qui talem apparitionẽ facere dignatus eſt ad noſtram inſtructionem.

¶ Et per hoc patet quod dicẽdum ſit ad illud quod ſantarenæ vulgariter miraculum appellatur. Habent enim ꝓcerto ꝙ cum quædam mulier hoſtiam conſecratam duceret ad quãdam Iudeam maleficam, cœpit in via ſanguis effluere e loco vbi hoſtiam ferebat abſconditam. Quo viſo hoſtia cum parte ſanguinis fuit reſeruata in ampulla vitrea, & hodie repoſita eſt in eccleſia ſancti Stephani. ¶ Et de ſanguine illo dicẽdum ꝙ nec fuit nec eſt ſanguis Chr̄i, ſed miraculoſe adeo ꝓductus ad oſtendendam veritatem ſacramenti. Sed ſub hoſtia ibidem incluſa tandiu manebit corpus Chr̄i, q̃diu manebunt accidentia panis, quibus deſinẽtibus deſinet ibi eſſe. ¶ Et vtrum ibi ad huc maneant accidẽtia panis nec ne niſi capſa aperiretur, determinari non poteſt. Et quia relatione conſtat fide digna intra ampullam immiſſam fuiſſe hoſtiam conſecratam, adorabimus corpus Chr̄i ibi exiſtens donec cõſtet nobis ꝙ illa non ſint accidẽtia panis, & tunc ceſſabit adoratio. Veruntamen adorabimus deũ cui illud miraculum fecit ad nr̄am inſtructionem ¶ Redeundo aũt vnde digreſſi ſumus, dicendum ꝙ cum corpus Chr̄i ſub ſacramento ſit idem numero cum corpore Chr̄i in propria ſpecie ſed nõ eodẽ modo eſſẽdi, qa in ꝓpria ſpecie contingit corpora circunſtantia p proprias dimenſiones, non aũt pro vt eſt in hoc ſacramento. Ideo quidquid pertinet ad Chr̄m ſecundum ꝙ eſt in ſe, poteſt ei attribui & in ſpecie propria, & vt eſt ſub ſacramento vt viuere mori dolere &c. quæcũq; vero conueniunt ei per comparationes ad corpora extrinſeca poſſũt ei attribui vt eſt in propria ſpecie, non autem prout eſt in ſacramento vt flagellari &c. ¶ Vnde ſequitur vltimo ꝙ Chr̄s in die cœnæ dederit diſcipulis & etiã ipſe ſumpſerit corpus ſuũ paſſibile mortale viſibile palpabile, quia tale tunc erat. Sed dedit ſummendum impaſſibiliter ĩuiſibiliter impalpabiliter &c. quia ſub alienis dimenſionibus. Et ſi fuerit reſeruatum im pixide vel ab aliquo apoſtolorum tempore paſſionis cõſecratum, ibi pateretur omnes paſſiones inatas vt mori triſtari dolere, non tñ illatas. ſ. cõſpui flagellari crucifigi. Vnde ibi mortuum fuiſſet & tunc anima nõ fuiſſet ſub ſpeciebus panis nec vini. Et ſanguis non fuiſſet ſub ſpeciebus vini quia ſũt ibi non ex vi conuerſionis ſed ſolum per realem concomitantiã vt dictum eſt. Et talis concomitantia per mortẽ ſublata erat, deitas autem manebat ſemper & cum anima & cũ corpore & cum ſanguine, quia quod ſemel aſſũpſit numq̃ dimiſit. ¶ Et ſine præiudicio veritatis poteſt dici ꝙ corpus Chr̄i conſecratum in pixide non flagellaretur, ſentiret tñ dolorem flagelli. Et ſic de alijs. Item ꝙ in ſacramẽto nõ flagellaretur nec crucifigeretur nec lancearetur &c. ſed peractis his in ꝓpria ſpecie. i. corpore Chr̄i flagellato in ſpecie ꝓpria crucifixo & lanceato tunc in ſacramento eſſet corpus Chr̄i flagellatum crucifixum lanceatum, et hoc ſine aliqua mutatione ſui prout eſt ſub

ſacramēto. ❡Et ſi dicatur fuit tempus in quo
erat verum dicere, corpus Chr̄i in ſacramen-
to nō eſt flagellatum. Ergo fuit tēpus in quo
erat verum dicere, flagellatur. Et ſic in ſacra-
mento pateretur corpus Chr̄i paſſiones illa-
tas, quod eſt contra premiſſa. Reſpōdetur ꝙ
iſta habent locum in ſpecie propria. Hic autē
eſt ſub dimenſionibus alienis, ſub quibus nō
poſſunt ei conuenire paſſiones illatæ vt dictū
eſt. Sed ſub eiſdem alienis dimenſionibus eſt
tale corpus Chr̄i, quale eſt ſub ſpecie propria
Et etiam cum omnibus ſuis accidentibus, ſine
aliqua ſui mutatione ꝑut eſt in ſacramento.
❡Exemplum aliquale, eſt de forma quæ ta-
lis aparet in ſpeculo, qualis eſt in ſpecie pro-
pria. Et ſine ſui mutatione vt eſt in ſpeculo ha
bet ad ſpeciem propriam diuerſas habitudi-
nes & reflexiones. ❡Cœtera ad hanc materi
am pertinentia breuitatis cauſa omitto. Re-
mittēs ad māgꝫ. ſentē. Vbi de hoc latiſſime per
doctores. Et ſanctū thomam ibi & in vi pte.
❡De hoc genimine vitis .i. de vino. ❡Vſqꝫ in
diem illum .i. poſt reſurrectionem. ❡Nouū
i. de nouo modo, quia non commedit nec bi
bit propter indigentiam, ſed vt probaret veri
tatē reſurrectionis. ❡In regno patris mei. ſ.
exiſtens. Hoc eſt poſt reſurrectionem, quam
appellat regnum. Quia regnauit contra mor
tem. Roma. vi. Chr̄s reſurgens ex mortuis iā
nō moritur. Vel regnum appellat eccleſiam,
in qua bibit vinum, cum nos ſacramētaliter bi
bamus qui ſumus membra eius.

❡Sed vt ad impleatur ſcriptura. Hic iterum
prænunciat proditorem. Et primo prenunci
at verbis. Secundo oſtendit illū ſigno ibi, erat
ergo recunbens. ❡Nec eſt inconueniens ꝙ
hic ſecundo prænunciet proditorem, quoniā
ſæpe ipſum prænunciabit vt patet intuēti euā
gelica. Et ſicut poſt vetus paſcha ipſum prænū
ciauit, ita etiam & iterum poſt inſtitutionem
veri ſacramenti. Et per eadem verba ad maio
rem expreſſionem. Sic continuat iſtam literā
clemens Lantoniēſis eccleſiæ preſbiter in eo
libro qui intitulatur vnus ex quatuor allegās
Augu. li. de conſ. euāgeli. vbi ait cum tradidiſ
ſet dominus calicem diſcipulis rurſus de tra-
ditore ſuo locutus eſt dicens veruntamen ec
ce manus tradentis me mecum eſt in menſa
ſcriptura pſal. xl. Quia ego ſum ſcilicet Chri-
ſtus verus homo & verus deus, cuius propri
um eſt ſcrutari corda Iere. xvij. & prædicere
certitudinaliter futura contingentia a libero
arbitrio dependentia. Qui acipit. &c. i. ſerui
cium factum miniſtris Chr̄i redundat in ho-
norem ipſius, & per conſequens totius trini-
tatis. Hoc ideo dixit quia cōſolabatur eos ad
prædicandum exituros. ❡Turbatus eſt. i. con
triſtatus vel commotus mare enim turbari di
cimus dum cōmouetur. ❡Spiritu. i. anima ex
horrore paſſionis ſuæ imminentis & perdi-
tionis Iudæ. Patiebatur enim anima Chr̄i &
paſſione corporali per corporis læſionem cū
ſit forma corporis. Et etiam paſſione anima-
li: & ſic affectiones appetitus ſenſitiui, quæ di
cūtur paſſiones animæ, patiebatur vere, ſicut
in eo erat vera humana natura. Sed huiuſmo
di paſſiones non ferebantur ad illicita. Nec
præueniebant Iudiciū rationis, quia pars ſen
ſitiua in Chr̄o: dimittebatur ex beneplacito
diuinæ voluntatis agere & pati. Quæ propia
vt dam̄ dicit. Nec trahebāt rationem ſicut ac-
cidit in nobis, īmo ita ſiſtebant in appetitu ſen
ſitiuo, ꝙ ratio ex his nullo modo impedieba-
tur agere qdꝫ conueniebat. Vnde ſecundum
Hieronymum proprie loquendo non dicun
tur paſſiones quia nō dominātur rationi ſed
dicuntur propaſſiones quia videlicet inchoa
te in appetitu ſenſitiuo vlterius ſe non exten-
debant. Iſta ergo turbatio non erat contra ra
tianem ſed conueniens rationi & abea excita
ta ad oſtendendum veritatem humanæ natu
ræ. Proteſtatus eſt. i. lōge, hoc eſt anteq̄ fieret
teſtatus eſt. Veruntamē. in hoc loco Iohan di
cit: quia vnus ex vobis tradet me. & dat nobis
exemplum vt vſqꝫ ad finem ſatagamus lucra
ri peccatores. ❡Immēſa. magna ingratitudo
& proditio Iudæ. ❡Homnis. quia licet eſſet
deus & homo non tamē patiebatur ſecundū
deitatem. Hoc eſt deitas nō patiebatur vt dei
tas. ❡Diffinitum eſt. i. determinatū eſt in pro-
uidentia dei pro ſalute mundi. ❡Ve homini
illi &c. quia licet Iudas poſt factum pænitue-
rit, hoc fuit inutiliter quia laqueo ſe ſuſpendit
Math. xxvij. ❡Heſitantes. nullius enim mali ſi

*Mar. Amẽ dico uobis qa iã nõ bibã de. Mat. hoc. Mar. genimine uitis uſ ꝙ in diẽ illũ cũ illud bibã. Math. uobiſ cũ nouũ ĩ regno patris mei. Iohã. ſed ut adimpleatur ſcriptura qui man ducat mecũ panẽ leuauit cõtra me cal caneũ ſuũ. Amodo dico uobis priuſ ꝙ̃ fiat, ut cũ factũ fuerit credatis quia ego ſum. Amẽ amẽ dico uobis qui ac cipit ſiquẽ miſero, me accipit Qui au tem me accipit, accipit eum qui me mi ſit. Cum hæc dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt & di xit. Luc. Veruntamẽ ecce manus tra dentis me mecum eſt in menſa. Et qui dem filius hominis ſecundum quod dif finitum eſt uadit. Veruntamẽ uæ hõi*

bi cõſcij erãt excepto Iuda, tñ verba Chr̃i cre dibiliora putabãt proprijs cogitationibus. Et ideo non dubitabant de euentu rei. ¶ Quære re inter ſe, ſed neſcierunt. quia tantũ Iohani re uelabit Chr̃s & ſecrete erat ergo recumbens. Hic ſigno reuelat ꝓditorem Iohani propter nimiam familiaritatẽ vbi primo facit hoc. Se cundo ponitur pro ditionis permiſſio ibi & dixit. iij. promiſſio nis executio ibi cum ergo accepiſſet. ¶ Recũbens. per ter ritus his ſermonibus & ſe ſuſtinere non va lens. Vnus ex diſcipu lis. De ſe loquitur p modum alterius per ſonæ. Hæc enim erat cõſuetudo eorũ q no bis ſacras literas mini ſtrarũt cũ de ſe loque bãtur. Vt Luc vltimo ij. corin. xij. Primo re gum. xiij. ¶ In ſinu aſ cendit ad pectus quo ſecretius iterrogaret. ¶ Quẽ diligebat. ſpe cialia ei ſigna dilectio nis oſtendendo præ cæteris propter mun diciam virginalem. ¶ Innuit. ſ. & dicit. i. in nuẽdo dicit. Aut pri mo innuit. i. primo. ſ. ſigno quæſiuit. poſte ea verbis expræſſit. ¶ Simon petrus. Qui ideo nõ fuit auſus inter rogare quia paulo ante fuerat reprehẽſus cũ dixit non lauabis mihi pedes. ¶ Dicit ei ſum miſſa voce. Quis eſt. ſ. proditor. ¶ Reſpondit ſ. in ſilentio & ſimili voce Nec Iohan. Petro reuelauit. Erat enim adeo feruidus ꝙ ſtatim inſurrexiſſet in proditorem. ſi nouiſſet. ¶ In tinctum vino. ſ. per quod notatur Iude fictio quia non oĩa quæ tinguntur, abluuntur, ſed aliquomodo inficiuntur. Et quia panis in tin

ctus alium ſaporem habet in ſuperficie, alium interius. Notantur etiam Iudæ ingratitudo & Chr̃i benignitas, quia panis intinctus ſapidi or eſt. Iſte panis intinctus nõ fuit corpus xp̃i, ſed ante hoc cum cæteris acceperat Iudas in pane non intincto. Ideo ſtatutum eſt ne cor pus Chr̃i intinctum detur fidelibus. De cõſe. D. ij cũ omnẽ. ¶ In troiuit in eum ſatha nas. Vt ſibi iam tradi tum plenius poſſide ret & ſubiugaret. in gratus enim benefi tiorum Chr̃i factus eſt ſub poteſtate de mõis magis q̃ antea primo nãq; in eum intrauit quando pa ctus eſt cũ iudeis de precio tradẽdi. Quã obrem cauendũ no bis eſt ne in cor no ſtrum demon in fi gat aliquod telorum ſuorum. Nam ſi in fixerit, inſidiatur de inde vt ipſe intro eat Et q̃uis diabolus eſ ſentialiter. i. ſecundũ eſſẽtiam ſuam intret in corpus hominis, quod habet dimen ſiones quantitatis in tra quas põt eſſentia liter eſſe, quia ibi eſt vbi operatur & co muniter ſubſũt ei q̃n tum ad motum localem, nõ tamẽ illabitur mẽ ti humanæ ita vt eſſentialiter intret eã. Quod eſt illabi. quia cum aĩa non habeat dimenſio nes. i. terminos quantitatis ſed terminos eſſen tiæ nihil poteſt ei illabi. i. intra terminos eius eſſe, niſi quod eſt pars eius eſſentiæ aut virtus dans ei eſſe quæ eſt ſolus deus. Sed intrauit ſa thanas in aĩam Iudæ quantum ad effectũ ma liciæ vt ſupradictum eſt in parte intrauit autẽ ſathanas. ¶ Quod facis. i. facere intẽdis. Qui

*illi per quem tradetur. Ioh. aſpiciebãt ergo ad inuicem diſcipuli hæſitãtes de quo diceret. Et ipſi cœperũt quærere inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. Ioh. Erat ergo recũbẽs unus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu quem diligebat Ieſus. Innuit ergo huic ſymõpetrus & dicit ei. Quis eſt de quo dicit. Itaq; cũ recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei dñe quis eſt. Reſpondit Ieſus ille eſt cui intinctum panem ego porrexero. Et cum intinxiſſet panem dedit Iudæ Symonis ſchariothis & poſt bucellam tunc introiuit in eum ſathanas. Et dixit ei Ieſus quod facis fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcũbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habe*

propoſitum pro operatione habetur. ¶Fac citius. Non præcipientis vox eſt nec cõſiliãtis ſed exprobantis prædicentis & permittentis. Nõ enim poterat Iudas aliquid facere niſi pmittẽte Chr̃o qui nolebat ſuam proditionem impedire ꝓpter noſtram ſalutem. ¶Nemo. præter Iudam q ſciebat propriam proditionẽ. ¶Dixerit ei.ſ.prædictum verbum. Nec etiam Iohãnes ſciuit ad quid hoc dixerit Chr̃s Iudæ cum tñ ei ſecreto reuelauerat proditorem. Audito enim verbo Chr̃i ita fuit attonitus & ſuſpẽſus ꝙ nõ aduertit ad illud quod Chr̃s dixit proditori. Et ideo diſcipuli aliter verbũ Chr̃i interpretabantur. Loculos habeat Iudas. Tamq̃ minor inter apoſtolos a fidelibus oblata cõſeruãs pro Chr̃o & diſcipulis & pauperũ neceſſitatibus. ¶Qui autẽ non peram non virgam non æs iubet deferre loculos ferebat ad inopum miniſterium vt diſcamus quoniam valde pauperẽ oportet etiã de pauperibus curam habere. Quot aũt præcepit non eſſe cogitandum de craſtino, nõ ideo præcepit vt nihil pecuniæ ſeruetur a ſanctis ſed ne deo propter iſta ſeruiatur Et primum iſta quærantur. ¶Accepiſſet Et etiã comediſſet. ¶Exiuit ad quærendum cohortem. Continuo ſtatim. Sic indigne chriſtianus ſũmens corpus Chr̃i elõgatur a Chr̃o quia iudicium ſibi manducat & bibit prima corinth. xi. ¶Nox. Deſign tur tẽporis opportunitas & mentis Iudæ tenebroſitas. ¶Hic interſeritur a Iohan, Magnus ſermo ad diſcipulos, & oratio ad patrem, quod omiſi quia in paſſione quam eccleſia cãtat nihil de hoc ponitur. ¶Facta eſt autem & contentio. Hic poſt Iudæ receſſum ponitur diſcipulorum informatio. Et primo quantum ad aptitudinẽ prælationis. ij quãtũ ad præmij magnitudinem. Ibi vos autẽ eſtis. ¶Contẽtio i diſquiſitio. Certi enim effecti diſcipuli de morte domini Chriſti ꝓpter eius verba cæperũt cõtẽdere. i. inquirere. Quis eorum videretur eſſe maior. i. aptior ad præſidendum alijs loco Chr̃i. Et inducit exemplũ gentilium vt ex hoc rem vituperãdã oſtẽdat & inducat ad humilitatem. ¶Eorũ.ſ. ſubditorum gentiliũ ¶Benefici vocantur a ſubditis per adulationem. ¶Nõ ſic.ſ.facere debetis. Maior eſt per virtutum excellentiam. ¶Minor per humilitatem. ¶Qui preceſſor. dignitatę. ¶Miniſtrator Humili ſui reputatione & humilis officij ex hibitione pro loco & tẽpore. ¶None qui recumbit.ſ.eſt maior ſecvndum iudiciũ humanum. ¶Miniſtrat.i.ſeruit. ¶Permãſiſtis mecum. Iam enim Iudas exierat de ſocietate eorum ¶Tentationibus i laboribus quia imminebat agonia ſuæ paſſiõis & ſecum permanẽtes in tentationibus æternum ducit ad regnum. Regnum triumphãtis eccleſiæ vel mili

tantis. ¶Diſpono ordino. ¶Edatis & bibatis. Vel de euchariſtia hoc intelligitur vel de fruitione gloriæ aut de vtroq;. Ex his enim que ſunt apud nos ſpiritualia deſignat. Nam prerogatiua gaudent q regum terrenorum cõuiuæ fiunt. ¶Super thronos duodecim. per duodecim ſedes & duodecim tribus intelligitur vniuerſitas iudicantium & iudicandorũ. Principaliter tamen iudicabit ſolus chriſtus. Vt aſſeſſores vero apoſtoli & omnes viri perfecti ſedentes in loco eminenti & iuſta iudicem. Iſta tamen eminentia iudiciariæ poteſtatis correſpondet paupertati volũtariæ. Approbando tamen ſententiam iudicis omnes electi iudicabunt. ¶Ex pdictis patet ꝙ iudas iam exierat cũ Chriſtꝰ iſta dicebat. ¶Et hymno .i. cantico diuinæ laudis & gratiarũ actione quẽ hymnum quidam dicunt fuiſſe magnum Alleluya quod incipit a Laudate pueri dominũ vſq ad Beati immaculati excluſiue, qđ iudei illa nocte dicere conſueuere. Aut forte iſte hymnus fuit oratio ad patrẽ, quam Iohannes ſolus ſcribit. Dicto .ſ. in loco vbi cœnauerant pro ſacramenti inſtitutione, & nouæ vitæ denunciatione ¶Exierunt non tunc ſed poſtea cum Matheus dicit. Tunc venit Ieſus cum illis in villam &c. Euangeliſtæ enim aliqua dicunt præocupando, aliqua recapitulando vt Augu. dicit. ¶Tunc dicit illis. Hic prædicit primo diſcipulorum ſcandalum ij. oſtẽdit quod foret eis licitum tempore per-

*bat Iudas ꝙ dixiſſet ei Ieſus eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtũ ut egenis aliquid daret. ❧ Cum autem accepiſſet ille bucellam exiuit cõtinuo Erat aũt nox. Luc. Facta eſt autem & contentio inter eos quis eorum uideretur eſſe maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominãtur eorũ. Et qui poteſtatem habent inter eos benefici uocantur. Vos autem non ſic. Sed qui maior eſt in uobis fiat ſicut minor, & qui præceſſor ẽ ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt qui recumbit an qui miniſtrat? Nõne qui recumbit? Ego aũt ĩ medio ueſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat. Vos aũt eſtis qui perman-*

ſecutionis. ibi & dixit eis. prima ĩ duas primo præ dicit ſcandalum omnium generaliter. ij. Petri ſpecialiter, vbi etiã ponitur Petri & aliorum reſponſio ibi. Ait aũt dominus Symoni. ¶Tunc .ſ. poſtq̃ informauit diſcipulos, & anteq̃ exirent in montem oliuarum. Augu. li. de conſ. euange. Dixit eis. prædixit diſcipulis qđ paſſuri eſſẽt, vt cum paſſi fuerint non deſperent ſalutem, ſed agentes pœnitẽtiam liberentur. Scandalũ enim græce, eſt offẽſio latine .i. id in quo pes offendit .i. impingit. ¶In me .i. in his quæ in me fiẽt. Apoſtoli enim ſcãdalum dubitationis paſſi ſũt dum quaſi impotentem viderent teneri ligari & duci. ¶In iſta nocte pdicit non ſolum futurum contingens, ſed etiam determinatum tempus vt cognoſcant ipſum eſſe deum. ¶Scriptũ eſt Sach. xiij. vbi propheta dixit ad deum percute paſtorẽ, vel propheta in perſona domini loquebatur ad frameam quæ eſt vltio diuina percute paſtorem. Chriſtus vero in perſona dei aut vltionis diuinæ dixit percutiam &c. ¶Poſtq̃ aũt reſurrexero. Hoc addit vt qui audita eius morte fuerãt deſolati, audita eius futura reſurrectione eſſent aliqualiter conſolari. ¶Præcedam vos in Galileam .ſ. gentium. Non promittit ei viſionem ſuam in cœlo nõ in longinqua regione, ſed in ipſa gente & ꝓpinqua regione. Nec confeſtim poſt reſurrectionem in Galileam .i. in monte thabor eum viderunt, ſed primo apparuit in Hieruſalẽ &

alijs locis, ſed hoc fuit raro & paucis, ſed ī Ga lilea pluries & multis. ibi enim apparuit pluſq̄ quingentis fratribus prima corinth. xv. apparuit enim Chr̄s primo Mariæ Magdalene. ij. ipſi & alijs mulieribus. iij. Petro. iiij. duobus diſcipulis euntibus Emaus. v. decem Apoſtolis abſente Thoma. vi. eiſdem cum Thoma. vij. ad mare Tiberiadis. viij. in mōte Thabor vbi ſecundum Apoſtolum. i. Corint. xv. apparuit pluſq̄ quingentis fratribus. ix. in die Aſcenſionis recū bentibus. x. cum aſcē deret. ¶ Symon. Petro ſpecialiter loquit̄ eo ꝙ ſuperior alijs erat & ſuperbire poterat in his quæ ſibi ꝓmiſſa erant a Chr̄o. ¶ Expetiuit. i. valde & ſtudioſe quæſiuit per tentationes ſubuertere. quia multuȝ nititur ad ſāctorum ſubuerſionem, alios negligens quos quieto iure ſe poſſidere ſentit. ¶ Vt cribraret. i. tentationibus concūteret. Vel ſicut in cribro agitatur triticum & mundatur ab omni in mundicia ſic apoſtoli agitati mūdi finaliter euaſerunt. ¶ Ne deficiat fides tua. ſ. finaliter. ¶ Cōuerſus. a peccato in gratiam. ¶ Confirma. ſ. in fide & ne deuenia deſperent. Sicut ego fidem tuam ne deficiat orando protexi. ¶ Vnde colligitur ꝙ in eccleſia dei & potiſſime Romana fides nunq̄ deficiet. O exuberatia pietatis chriſti nondum patrato crimine largitus eſt veniam diſcipulo. At iterum ipſum in apoſtolicū gradum reſtituit dicens cōfirma fratres tuos. ¶ Domine tecum paratus ſum. cōſcius Petrus

præſentis affectus, ſed neſcius futuri caſus hoc dicit. Non tamē ſufficit humanū propoſitum abſq; diuino ſubſidio. ¶ Priuſq̄ gallus bis vocem dederit. Alij euāgeliſtæ dicunt: ante q̄ gallus cantet ter me negabis: ſed ſubaudiēdum ē bis. vt Mar. exprimit: quia poſt primam negationem cantauit primum gallus. vt Mar. dicit & ſecūda & tertia negatio præceſſerūt ſecundum galli cantū. Alij dicūt ꝙ trina negatio fuit īchoata ante primū galli cātum & completa ante ſecundum. vt ſit ſenſus Ter me negabis i. trinam negationem inchoabis: vel ꝙ petrus ꝑmum galli cantum turbatione cōmotus non ſenſit: & ſic erit ſenſus. Anteq̄ gallus cantet. ſ. te audiente: ꝑma expoſitio eſt verior. ¶ Similiter autē & oēs diſcipuli dixerunt. Quia ſic cogitabant non fuerūt mētiti: falſum tn̄ dixerūt quia cōtrarium accidit Miſi vos. ad prædicandum. Lucæ. x. ¶ Dixit ergo eis. ne forte putarent ꝙ tempore pſecutiōis, quæ iminebat, nō liceret eis illa portare. Nūc ſcilicet, tempore perſecutionis. Saculū, ideſt, burſam ad portandum pecunias pro neceſſarijs. ¶ Tollat. i. portet vel accipiat, ¶ Peram. i. repoſitorium victualium: quia pro temporū varietate præcepta & conſilia & permiſſa mutantur. Et qui non habet. ſ. gladium emat gladium. Non ad vltionem ſed ad moderatā defenſionem ſaltem perſecutiōis tempore. Vel per gladios innuit, vt ait Chriſoſth. imminentes inſidias Iudeorū. Nam quomodo vnde-

*ſiſtis mecum intentationibus meis. Et ego diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum ut edatis & bibatis ſupermēſam meam in regno meo & ſedeatis ſuper thronos duodecim iudicātes duodecī tribus iſrael. Mar. Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. Math. Tunc dicit illis Ieſus. omnes uos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptū eſt enim percutiam paſtorem & diſpergētur oues gregis. Poſtq̄ aūt reſurrexero præcedā uos in Galilea. Reſpondens aūt Petrus ait illi. Et ſi oēs ſcandalizati fuerint ī te, ego nunq̄ ſcādalizabor. Luc. Ait autem dominus Symoni.*

*Symō ecce Sathanas expetiuit uos ut cribraret ſicut triticum, ego aūt rogaui pro te ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. domine tecum paratus ſum & in carcerē & in mortem ire. Reſpondit Ieſus. quo ego uado non potes me modo ſequi, ſequeris autem poſtea. Dicit ei petrus. Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponam. Reſpōdit ei Ieſus. Animā tuam pro me ponis? Math. Amen dico tibi. Luc. petre. Mar. quia tu hodie in hac nocte anteq̄ gallus bis uocem dederit, ter me es negaturus: At ille amplius loquebatur. Et ſi oportuerit me ſimul commori tecū non te negabo. Similiter au*

eim ſe defenderent aduerſus tot inſultus et inſidias populorum? Vel ſecundum Baſilium non iubet ſed prædicit futurum: prænunciās eis famen & ſitim per ſaculum & peram & p gladium aduerſitates plurimas. ¶ Scriptum eſt. in multis locis ſacræ ſcripturæ. Impleri in me, ſcilicet, mortem accerbiſſimam & contemptibiliſſimā. ſapi. ij.. & cum iniquis deputatus eſt. Iſai. liij. ¶ Scripta ſunt de me per prophetas. ¶ Dixerunt. non intelligentes dictorum ꝓfunditatem. ¶ Ecce gladij duo hic. Chriſoſth. dicit ꝙ erant duo magni cultelli, ad ſcindendum carnes agni. ¶ Non locuti ſunt apoſtoli de ſaculis & peris ſed de gladijs: quia erant animati ad defenſionem magiſtri ſed poſtea fugerunt timore humano ꝑcuſſi. ¶ Satis eſt. ſcilicet, ad tantam multitudinē, q̄nta nos debet inuadere: & loquitur yronice. ¶ Hæc cum dixiſſet Ieſus. prænunciata Chriſti traditiōe poſt cœnam & etiā poſt inſtitutionem ſacramēti & prædicto ſcandalo diſcipulorꝝ hic ſubiungitur Chr̄i deſiderium ad noſtram redemptionē. Quod oſtendit Chriſtus tripliciter. primo, ex paſſione: ſecundo, ex oratiōe in qua pro nobis ſpiritum patri obtulit: ibi, & cū ꝓceſſiſſet. tertio proditori occurrendo ibi ecce aꝓpinquabit. ¶ Circa primum conſiderandum ꝙ anxietas eſt nimia animi paſſio cauſata ex appræhenſione maximi mali de proximo imminentis impoſſibilis ad euadendum: & Chriſtus videbat accerbiſſimam mortē ſibi de ꝓximo imminentem & non euaſibilem propter patris determinationem, quæ veritas non tollebat arbitrij libertatem. item pars ſenſitiua non alienabatur a tali anxietate ex contēplatiōe diuinæ eſſentiæ ſeu prōptitudine volūtatis ad patiēdū: quæ erat in ſuperiori parte animæ quia bn̄placito diuinæ voluntatis fiebat, vt ex ſuperiore parte animæ non fieret influētia vel redūdantia in inferiorē, vt ſic eſſet ibi dolor partis ſenſitiuæ maximus. Nec tamen voluntati rationis aut diuinæ contrarius vt ſupra expoſitū eſt ſuper parte. turbatus eſt ſpiritu. ¶ Fuit etiam dolor exterior maxim⁹ quia læſio fuit generalis in omnibus partibus & rebus & ab omni hominum genere: & etiam ratiōe crucifixionis & ponderis & diuturnitatis Maximus etiam fuit interior propter peccata omnia gen̄ris humani propter caſum iudeorum & gentilium & maxime diſcipulorum & amiſſionem vitæ corporalis & quia habuit corp⁹ optime diſpoſitum, & quia voluntarie aſſumpſit tātum dolorem, quantus erat fructus ſuæ paſſionis. Et tota anima Chriſti quantum ad eſſentiam fruebatur: quia ſic, ideſt, quantum ad eſſen. iam eſt tota in toto, & tota in quali-

*tem & omnes. Math. diſcipuli dixerunt. Luc. & dixit eis. Quãdo miſi uos ſine ſaculo & pera & calceamẽtis nũquid aliquid defuit uobis? At illi dixerũt, nihil. Dixit ergo eis. Sed nũc qui habet ſaculum tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, uendat tunicam & emat gladiũ. Dico enim uobis quoniã adhuc hoc quod ſcriptũ eſt oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus eſt. & enĩ ea quæ ſunt de me finem habent. At illi dixerunt Domine ecce gladij duo hic. At ille dixit eis. Satis eſt. Iohan. hæc cum dixiſſet Ieſus egreſus eſt cum diſcipulis ſuis. Luc. ſecundũ cõſuetudinẽ. Iohã. trans torrentem cedron. Luc. in montem oliuarum. Mar. in prædium cui*

libet eius parte, non tamen tota fruebatur quãtum ad potẽtias ſed ſolum pars ſuperior. Nec ab ea redundabat ad vires inferiores, nec ipſa impediebatur in actu contemplationis: tota etiam anima patiebatur quantum ad eſſentiam. Sed quantum ad potentias ratione propriorum obiectorum vires inferiores patiebãtur ſolum. pars vero ſuperior non patiebatur ratione ꝓprij obiecti, bene tamen ratiõe ſubiecti. ¶ Cõſiderans autem Chriſtus tantam paſſionẽ non fugiebat imo venit ad locum, ad quẽ ſciebat venturum ꝓditorem ¶ Hæc cum dixiſſet egreſſus eſt. ſcilicet, verſus orientem: nõ cotinuo hoc factum eſt, cum eius illa finita eſſet oratio ſed alia quædam ſũt interpoſita, quæ ab iſto p̃termiſſa, apud alios euangeliſtas leguntur: facta eſt enĩ contentio inter eos quis eorum videretur eſſe maior: ſicut Luc. commemorat: dixit etiam Petro ſicut ipſe ſubiungit. Ecce ſathanas expetiuit vos. ¶ Et hymno dicto ſicut Mat. & Mar. cõmemorant: exierunt iu montem Oliueti: cõtexit ergo narrationẽ ſuam Matheus & dicit. ¶ Tunc venit Ieſus cũ illis & c. Aug. de conſen. euang. quod eſt valde notã dum ad continuandum hyſtoriam. ¶ Secundum cõſuetudinem. cõſueuerat illuc exire de nocte orationis cauſa. ¶ Trans torrẽtem cedron. genetiuus grecus eſt, id eſt, cedrorum

quia in eius ripa ſunt multæ cedri: & currit inter montem oliuarum & Ieruſalem per vallẽ Ioſaphat, quæ protenditur a ſeptemptriõe in auſtrum, & ab rege Ioſaphat ibi ſepulto nomen accepit: ubi a parte mõtis Syon in pede montis Oliueti in ipſam vallem deſcendendo eſt turris ſepulchrum eius continens: cuius ad dexteram exciſſa de rupe montis Oliueti & ſeparata dom⁹ duo cauata habet ſepulcra Symeõis ſenis & Ioſeph Mariæ ſpõſi ¶ In montem, id eſt, verſus mõtem. ¶ In prædium. Math. dicit in villam Gethſemani: erat campus in pede montis Olueti, a quo prædium et villa nomen accepit: & eccleſia ibi cõſtructa eſt adhærẽs rupi ſub qua diſcipuli erãt ſõno grauati. ¶ Ortus. in fine prædij & ad prædium pertinens. ¶ Introiuit. Adã etiam in hortulo peccauit. ¶ Diſcipulis. ſcilicet, octo. Sedete .i. manete, conſueuerat ſeorſum orare erudiens nos vt ait Chriſoſthomus. ¶ Et aſſumpto Petro &c. iſti tres erant ei magis familiares et ad ipſius ſecreta magis admittebantur. Mat. xvij. Petrus propter fidei feruorem. Iohanes. propter prærogatiuam virginitatis. Iacobus, quia primus erat martirium ſuſcepturus inter apoſtolos. ¶ Cœpit. paſſio intelligitur eſſe perfecta ſecũdum Hieronymũ quando rationi dominatur: propaſſio autem dicitur, quando eſt inchoata in appetitu ſenſi

*nomen Gethſemani. Iohā. ubi erat ortus in quem introiuit ipſe. Luc. ſecuti ſunt autē illū & diſcipuli eius. Mat. & dicit diſcipulis ſuis. Sedete hic donec uadam illuc, & orem. & aſſumpto Petro & duobus filijs zebedei cœpit. Mar. pauere. Math. contriſtar i & mœſtus eſſe. Et cū perueniſſet ad locum dixit illis. Mar. Triſtis e[ſt] anima mea uſq; ad mortem. Suſti[n]ete hic & uigilate. Mat. mecū. L[u]c. Orate ne intretis in tētationē. ... Et. Mar. cum proceſſiſſet paululu[m]. Luc. ipſe auulſus eſt ab eis, qua[n]tum iactus eſt lapidis. Et poſitis genibus. Math. ꝓcidit in faciem ſuam. Mar. ſuper ter-*

duo, & ibi ſiſtit non ꝓgrediendo vlterius. Vnde in hoc ꝙ dicitur cœpit, deſignatur ꝙ dolor triſtitia, timor & cætera, fuerunt in Chr̄o paſſiones, ideſt, paſſiones inchoatæ, non tamen paſſiones conſumatæ, quæ turbant rationem. Et licet in Chr̄o dolor fuerit maximus & etiā triſticia ſecundum quantitatem fuerunt tamē in medio: quia ſecundum imperiū rationis excitatæ. vide ſup̄ in pte. Hæc cum dixiſſet Ieſus. ¶ Pauere. i. timere: fuit ī Chriſto verus dolor, quia in eo fuit læſio corporis & etiam ſenſus læſionis, cū aīa Chriſti perfecte haberet oēs potentias naturales. Vere etiam timuit & triſtatꝰ eſt, quia ſicut triſticia cauſaī ex interiori appræhēſiōe ſiue per rationē ſiue per imaginationem mali præſentis, ita timor ex interiori appræhenſione mali futuri euaſibilis. ij rhetoricæ. Nam ſi non ē ſpes euadēdi, appræhēditur malū vt præſens de quo nō eſt timor ſed triſticia. Vnde anima Chriſti ex appræhenſione mali præſentis aut futuri non euaſibilis, ſcilicet, paſſionis ſuæ & caſus diſcipulorꝝ et aliorum triſtabatur. Et quia hoc malum in ſe & abſtrate cōſideratum erat futurm & euaſibile, quia cōtingēs, ideo timebat. Certitudo enim præordinatiōis diuinæ non tollit arbitrij libertatem nec cōtingentiā rerū nec futuritionem. ¶ Ad locum. ſ. vbi iſti tres debebant manere dum ipſe oraret. ¶ Vſq; ad montem. i. maxime: quia triſticia tm̄ intenſa erat, quantum eſſe poterat: nec tamen præter imperium rationis. Vide in parte cœpit. ¶ Suſtinere, ideſt, expectate. ¶ Et vigilate. etiā a ſōno infidelitatis & torpore mentis. Mecum. ſ. vigilante: quia ſpūales amici debent amicis aſſiſtere in anguſtijs. ¶ Ne intretis in tētationē. quia oratio eſt eleuatio mētis in deum: & q̄ntum mens deo cōiungitur, tantum a tentat[i]ōe ſeparatur. ¶ Av[u]lſus ideſt, ſegregat[us]. ¶ Poſitis genibus vt deuote oraret & [ir]reuerenter. ¶ Pr[o]cidit in faciem ſua[m]. vt humilitatem mentis habitu corp[o]ris demonſtraret. ¶ Et orabat. in Chriſto fuit volūtas diuina & volūtas ſenſualitatis, & volūtas rationalis, quæ habet duos actus: vnum ratione finis ſimpliciter & abſolute conſiderati, & dicitꝰ ſimplex voluntas vel volūtas vt natura, qui actus fertur in id, quod eſt ſecūdum volitum & bonum, vt ſanitas, & refugit contrarium. Alius eſt actus volūtatis ſecūdum aliqd, quod ē volitum ſolū ex ordine ad aliud vt ſūptio medicinæ: & iſte actus vocatur volūtas vt ratio. Et ex diuina diſpēſatione permittebat dei filius carni & viribus animæ agere & pati quæ propria. Vnde voluntas ſenſualitatis in Chr̄o & volūtas ſimplex vel vt natura refugiebat mortem, & ea q̄ ſunt naturæ cōtraria. Voluntas tamen diuina & volūtas vt ratio volebat ꝙ Chr̄us pateretur ꝓpter humanā redemptionem: ſicut voluntas abſoluta refugit vſtionem, quam tm̄ acceptat volūtas vt ratio ꝓpter ſanitatem. Et ſic voluntas ſenſualitatis in Chriſto & volun-

*ram. Et orabat ut ſi fieri poſſet trāſire ab eo hora: & dixit, Abba. Matheus. mi pater. Mar. omnia tibi poſſibilia ſunt. Lucas. ſi uis tranſfer calicem iſtum a me: ueruntamen. Math. non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Luc. Apparuit autem illi angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & ueniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſticia Matheus. & dixit Petro. Sic. Mar. Symon. Luc. quid dormitis? Math. non potuiſtis una hora uigila-*

tas vt natura aliud volebant, ꝙ voluntas diuina & voluntas vt ratio. Nec tamē ꝓpter hoc in Chr̄o erat contrarietas volūtatum, quia nō erat diuerſum velle ſecundum eandem rationem, Sicut ſi aliquis refugeret vſtionem quia per ſe mala & naturæ contraria abſolute cōſiderata, tamen acceptaret eam propter finem ſanitatis: ꝓpterea dixit Chr̄us, fiat voluntas tua. ¶Item voluntas diuina & volūtas rationis in Chr̄o nec impediebatur nec retardabat in actu ſuo per voluntatem ſenſualitatis aut naturalem, nec e contra: placebat enim Chr̄o ſecundum voluntatem diuinam & voluntatem rationis, ꝙ volūtas naturalis in Chr̄o & volūtas ſenſualitatis ſecundum ordinē naturæ ſuæ mouerētur. ¶Et cum oratio ſit explicatio ꝓpriæ voluntatis apud Deū vt eam impleat, Chriſtus homo & hūanā voluntatē habens orauit. Et etiā ipſe de⁹ exiſtens & homo orauit. Non quia eſſet impotens, ſed ad noſtram inſtructionem: vt ſ. oſtenderet ſe eē a patre: & vt exemplum orandi daret. Nō tamen orauit ſenſualitas Chriſti quia ſenſualitas ſenſibilia non tranſcēdit. Et etiam quia ordinare aliquid, eſt actus rationis, ſed ratio in Chr̄o ꝓpoſuit deo quod erat in appetitu ſenſualitatis & voluntatis ſimplicis petēs trāſferri calicem: primo vt oſtēderet ſuam humanam naturam. ij. vt oſtenderet, ꝗ licet homini ſecūdum naturalem affectum aliquid velle, quod deus nō vult. iij. vt diſcamus ꝓprium affectū ſubijcere voluntati diuinæ, ¶Orauit etiam ꝓ ſe exprimēdo affectum volūtatis deliberatæ petēs gloriam reſurrectiōis. ¶Et omnia. quæ Chr̄us voluit & orauit ſimpliciter & abſolute id eſt ſecundum voluntatem rationis deliberatam. ¶Impleta ſunt. quia ſecundum iſtam volūtatē nihil orauit niſi quod ſciuit deum velle: vnde & oīs eius oratio fuit exaudita. hoc enī ſimpliciter & abſolute volumus, qđ ſecundum deliberatam rationem volumus: illud autem qđ volum⁹ ſecundū motum ſenſualitatis, uel ſecundū motum volūtatis ſimplicis, quæ conſideratur vt natura, nō ſimpliciter volumus, ſed ſecūdum quid ſ. ſi aliud nō obſiſtat quod p deliberationem rationis inuenitur. ¶Orabat. ſ. primo, ꝓponēs motū ſenſualitatis & voluntatis vt natura eſt ¶Si fieri poſſet, id eſt ſi vellet. omnia enim poteſt facere Deus, quæ vult. ¶Hora. ſ. paſſionis. Abba hebraice idem ē qđ pater latine: & vtrunq; expreſſit quia erat lapis angularis in quo iungendi erant iudei & gentiles. ¶Omnia. ſ. quæ nō implicant cōtradictionem. ¶Si vis. qa ſi adeſt velle, aderit & poſſe ¶Iſtum. ſcilicet, paſſionis. ¶Non ſicut ego volo. ſ. volūtate ſenſualitatis & voluntate q̄ natura dicitur. ¶Sed ſicut tu. ſ. vis: & ſubijcit voluntatem ſuam voluntati patris. Et hoc etiam volebat Chr̄us voluntate diuina & voluntate rationis, non repugnabat voluntas ſenſualitatis & volūtas vt natura. Et in eo, quod fuit exauditus vt dictū

*re mecum? Luc. ſurgite. Math. Vigilate & orate ut non intretis in tentationem. Spiritus quidē promptus eſt, caro autem infirma. Mar. & iterum Math. ſecūdo abijt, & orauit. Mar eundem ſermonem dicens. Math. Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illū, fiat uolūtas tua. Mar. Et reuerſus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim occuli eorū grauati: & ignorabant quid reſponderent ei. Math. & relictis illis iterum abijt, orauit tertio eundem ſermonem dicēs. Tunc uenit. Mar. tertio. Mat. ad diſcipulos ſuos: & dicit illis. Dormite iam & reqeſcite. Mar. ſufficit. Mat*

eſt ſuper parte, orabat. ¶ Angelus. ſ. princeps Michael, & viſiōe corporali, ſcilicet, in ſpecie humana. ¶ Confortans eum. ſicut angeli miniſtrabant ei quia deus, ita & angelus eſt confortans eum quia homo. Nam vt ſic & in naturalibus minor eſt angelus. Angelus vero cōfortāſ; eum dicebat forte vt Theophilus dicit. Dñe tua ē virtus, tu namq; potes contra mortem & īfernum genus humanū liberare: vel forte qđ in morte ſua Lucifer vīceretur: & paſſio cito tranſiret & maximus fructus inde ſequeretur: & hūiꝰ di. ¶ Et factꝰ in agonia. ideſt, maximo dolorē & triſticia: fuit enim agonia in Chrō non quantum ad partem animæ rationalē, ſecūdum quod importat certamen voluntatum ex diuerſa ratione, ideſt, ratiocinatione præcedentem: fuit tamē in Chriſto quantum ad partem ſenſitiuam, ſecundū quod importat timorem infortunij inminentis: vel qa quælibet pars Chrī permittebatur agere vel pati, quod erat ſibi proprium: ſenſualitatis mortē horrebat, ratio vero acceptabat: & ita erat certamen: ſed ſine cōtrarietate, vt ſupra dictum eſt in parte orabat ¶ Prolixiꝰ orabat. quia in maiori neceſſitate, magis orandum eſt. ¶ Et factus eſt ſudor eiꝰ ſicut guttæ ſanguinis. ex feruore orādi: & horrore paſſionis & vehementi anxietate ſenſualitatis quæ permittebatur agere & pati quæ propria inflamabatur cor & corpꝰ, ita vt nō ſolum humores exirent per ſudorem, ſed etiam aliquid de ſanguine ſudorē tingente. Alii tamen dicunt ꝙ ſupnaturaliter ſanguis ꝓ ſudore exiuit ſic iam Chriſtus ſanguinem ſuū pro ſalute noſtra effundere inciperet, & de corpore ſuo, qđ eſt eccleſia, manatura martyria deſignaret. Poteſt etiā dici, ꝙ natura ex timore retrahit & īducit calorem naturalem ad cor, vt ſe tueatur, & ex tali retractione caloris paleſcunt extremitates & intus intenditur calor & emittitur ſudor, & aliqndo etiam ſanguis reſudare poteſt. ¶ Ad diſcipulos ſuos. Petrum, Iacobum & Iohannem. ¶ Præ triſticia. triſticia aggrauat animum quaſi dep̄ſſum pōdere mali p̄ſentis, quod repellere non poteſt: & ſic impedit motum ſpirituū a corde ad organa ſenſuum extremorum: qui ſpiritus ſunt in ſenſibus cauſa operationū & vigiliæ, & ꝓpter hoc triſticia cauſat ſomnum: ſicut in ſomno ꝓprie dicto ex vaporatione cibi aſcendunt vapores ad cerebrū vbi ex eius frigiditate ingroſſātur, & ingroſſati deſcendunt ad organa ſenſuum oppillantes meatus, per quos ſpiritus ꝓgredientes a corde debent trāſire ad organa ſenſuum: & ſic ceſſant ſenſus ab actibus vigiliæ. ¶ Et dicit petro ſic. dicit ſic, quaſi arguēdo diceret, non oſtendis tantum feruorem facto, quantum verbo. Symon. ad eum ſpecialiter loquitur, quia ſpecialiter ſe dixit non ſcandalizandum. ¶ Quid dormitis. ad omnes ſermo dirgitur, quia oēs ſimilit̄ dixerūt ¶ Vna hora.

*ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorū Surgite eamus. Mar. Ecce q me tradet, prope eſt. Iohānes. Sciebat autē & Iudas qui tradebat eum locū, quia frequenter conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas autem cum accepiſſet cohortem, & a pontificibus & phariſeis miniſtros uenit illuc. Mar. &. Math. Adhuc eo loquente, ecce Iudas, Mar. Scarioth. Math. unus de duodecim. Luc. ātecedebat eos. Mat. & cū eo turba multa. Iohā. cū laternis & facibus. Mat. gladijs & fuſtibus. Iohan. & armis. Math. miſſi a principibus ſacerdotum. Mar, &*

¶ Ex hoc. vide ꝙ in prima oratiōe prolixius orauit vt ponit Luc. Ex conſequēti ꝙ angelꝰ ei apparuit in prima oratiōe. item quia verba quæ. Math. &. Mar. ponunt dixiſſe Chriſtum diſcipulis poſt primam orationē, ponit Luc. poſt angeli confortationem: vnde patet ꝙ apparitio angeli debet continuari in prima oratione: de alijs duobus Lucas nullā facit mētionem: quia nō oēs omnia ſcribūt. ¶ Vt non intretis in tentationem. i. non ſuperemini a tentatione. ¶ Spiritus. ſ. veſter. ¶ Promptus. ſcilicet, ad dicendum ꝙ eſtis parati pro me mori. ¶ Caro autē infirma ideſt, fragilis ad ſuſtinendum inminēs ſcādalum. Quod eſt cōtra temrarios q multa dicunt, & pauca faciunt. ¶ Denuo. i. iterum. ¶ Oculi eorum. ſ. corporis & animæ dicit Orig. ¶ Grauati. ex triſticia vt dictum eſt. ¶ Tertio. ter orauit qa ter fuit tētatus, & Petrus eū ter negaturꝰ erat. Et vt liberet nos a malis præſentibus per tutelam, præteritis p veniam, a futuris p cautelam. ¶ Ter etiam viſitat diſcipulos, quia orationi debent eſſe coniuncta opera charitatis. ¶ Dormite iam. quaſi compatiens eis qa grauati erant oculi eorum, & vt ſomno recreati fugere poſſent de manibus quærentiū Chriſtum. Et poſtq̄ aliquantulum dormierunt, dicit eis. Sufficit. ſ. quod requieuiſtis: & excitauit eos. ¶ Eamus. ſ. obuiam Iudæ proditori. Nō vos inueniant quaſi timentes, vltro pergamꝰ ad mortem. Et ipſe cū vndecim diſcipulis ſuis pcedebat confortans eos. ¶ Cohortem. ſ. militum a preſide aſſignatam. ¶ Phariſeis. phariſei dicti ſunt a phares qđ eſt diuiſio quaſi ab alijs habitu diuiſi: incedebant enim in habitu abſtero, & veſcebantur victu perparuo. Præceperat Deus filijs iſrael deutero. vi. loquens đ præceptis. Ligabis ea quaſi ſignū in manu tua, erūtq; & nō mouebuntur ante oculos tuos. propter qđ Iudei ſcribebāt decē pcepta in membranis & ferebant in capite ad modū coronæ, quaſi ſemper memores mandatorum dei. & iſtas cartas vocabāt philateria a philazo, quod eſt ſeruo, & thora qđ eſt lex: quaſi ſignum ſeruande legis. ¶ Item præceperat deus numero. xv. ꝙ facerent ſibi fimbrias per quatuor angulos palliorū, & in eis ponerēt vittas iacinthinas in memoriam mandatorū dei. Phariſei dilatabant philateria, ideſt maiora faciebāt ¶ Et in fimbrijs ponebāt ſpinas acutiſſimas, vt ex his religioſiores apparerent in cuſtodia mandatorum: & incedētes lento gradu prætendentes grauitatem oſtenderentur præ alijs memores mandatorum. ¶ Miniſtros. vt ſic haberet fulcimentum ex vtraq; cura. ſ. imperatoris & pontificum ¶ Et adhuc eo loquēte. hic ponitur Chriſti cōpræhenſio vbi primo diſcribitur Iudæ fraudulentia, ſecundo, Chriſti benignitas & patiētia ibi. vidētes, tertio, ſummorum ſacerdotum digna & modeſta repræhenſio ibi, in illa hora. quarto, diſcipulorum ingenia ibi. tunc diſ-

ſcipuli eius. Eo. ſcilicet, Chriſto loquente cum diſcipulis ſuis Iudas mercator peſſimus Scarioth vicus erat vel villa vnde fuit oriundus vnus de duodecim, numero non merito. ¶ Antecedebat. ſicut ductor. Turba multa. Ne credentes in Chriſtum eriperent eum de manibus eorum. ¶ Cum laternis. ne lateret in tenebris. ¶ Fuſtibus. i. lignis vel lanceis. Et ſcribis. ideſt, legis periris. ¶ Et ſenioribus populi. ideſt, iudicibus ordinariis, qui erant ſeptuaginta de quibus in pricipio dictum eſt in parte. & ſeniores. ¶ Qui autẽ tradidit eum. ſ. Iudas ¶ Dicens, anteq̃ venirent ad hortum, ipſe eſt, ſcilicet, Chriſtus, hoc ſignũ dedit ꝓpter romanos q Chriſtum non cognoſcebant. Et etiam ꝓpter alios ne loco eius caperent Iacobum minorẽ, qui Chr̃o facie ſimilimus erat, propter qđ ſpecialiter frater Domini dicebtur ¶ Ducite caute. ne. ſ. labatur de veſtris manibus, aut popul⁹ eũ eripiat. ¶ Rabbi. i. magiſter. ¶ Dixitq; illi Ieſus Iuda &c. Augu. de conſ. euang. hoc ergo Dominus cũ traderetur primo dixit, quod ait Lucas. Iuda oſculo filium hominis tradis. ¶ Deinde qđ Matheus. amice ad quid veniſti? ¶ Deinde quod Iohan. cõmemorat. ¶ Quem quæritis ¶ Oſculo &c. ideſt, pacis inſtrumento mortem irrogas. ¶ Filium hominis. quaſi dicat. Licet nõ eſſem magiſter & Dñs, ꝓpter te ingrate ſuſcepi, quod tradis hyppochrita ſ. humanitatem. ¶ Aamice ad quid veniſti. quaſi dicat. oſculaℓ

*ſcribis. Matheus. & ſeniores populi. Qui autẽ tradidit eum, dedit illis ſignum dicens. Quemcũq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Mar. & ducite caute. Et cũ ueniſſet ſtatim accedẽs Math. ad Ieſum. Luc. ut oſcularetur eum. Math. dixit. Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixitq; illi Ieſus. Luc. Iuda oſculo filium hominis tradis? Mat. amice ad quid ueniſti? Iohã Ieſus itaq; ſciens omnia quæ uentura erannt ſuper eum, proceßit, & dixit ad eos. Quem quæritis? Reſpõderũt ei. Ieſum Nazarenũ. dicit eis. ego ſum Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum cũ ipſis: ut ergo dixit eis. ego ſũ.*

ris & inſidiaris. Noui quare veneris. Amicum te fingis cũ proditor ſis ¶ Quæ ventura erant. ſecundum diuinam diſpoſitionem. ¶ Proceſſit. ſ. vltro in occurſum illorum. vnde patet ꝙ ſua volũtate captus eſt ¶ Quem quæritis. quærit non vt volens ſcire, ſed oſtẽdere volens ꝙ cum præſens eſſet, nec voce nec lampadibus nec etiam a diſcipulo videri & diſcerni poſſet niſi cũ vellet. ¶ Ieſum. ad mortẽ quærendus non erat, quẽ ꝯfitebãtur ſalutis autorem. ¶ Stabat autẽ & Iudas cũ ipſis. hoc ideo dictũ eſt qa Iudas Chr̃m p̃mo oſculatus eſt, & poſtea rediit ad turbã: & nec ipſe qui tam ꝓximo oſculatus fuerat ipſũ agnoſcebat. ¶ Et. ceciderũt reſupini tam Iudas, q̃ alii. ſic enim cadunt iniqui: qa nõ vident caſus ſui periculũ & miſeriam: electi vero in faciem cadunt. Aug. vbi nũc militum cohors? vbi terror ẽ & munimẽ armorum: vna vox turbam ferocem ſine vllo tello percuſſit repulit ſtrauit. Quid ergo faciet iudicaturus ſi hoc fecit iudicãd⁹? Iterum. ſcilicet, facto aliquo interuallo: quia quãdiu ꝓſtrati iacuerunt, non mouit ſe de loco, vt magis declararet ſua volũtaria captio. Volebant enim eum capere, ſed nõ valuerũt niſi quando ipſe voluit ¶ Si ergo me quæritis ſinite hos abire. quaſi dicat ſic do vobis poteſtatem me capiendi, vt meis diſcipulis non faciatis aliquid mali Aug. inimicos facere iubet & hoc faciunt quod ipſe iubet. ¶ Quem dixit Iohannes. xvii. ¶ Non perdidi. ſcilicet, morte

æterna. Euangeliſta vero de præſenti morte id accepit: quia ſi tunc morerentur perderet eos perditione mortis æternæ: quia nondum in eum ſic credebãt, quomodo credũt qui nõ pereunt. ¶Tunc. ſcilicet, quando ipſe permiſit & non ante. ¶Manus. violentas quantum erat ex parte ipſorum. Exulta, o Chriſtiane, reſponderet: non facto Petri ſed inter moras verborum interrogantium Dominum, & ipſius reſpondentis. petr⁹ auiditate defenſionis percuſſit, ſed non potuerunt ſimul dici, quæ ſimul fieri potuerunt. Tunc ſicut dicit Lucas tetigit auriculam & ſanauit. Extendens manum ſuam: alij diſcipuli quærunt, an percuterent,

dicit Remigius in commercio inimicorum tuorum viciſti qđ iudas vendidit, & iudeus emit, tu acquiſiuiſti. ¶Qui circa. ideſt, diſcipuli. ¶Quod futurũ erat. ſcilicet, captionem magiſtri ſui, vt duceret ad mortẽ Vnde cõſtat eos hoc dixiſſe anteq̃ caperetur: videntes turbam accedere cum impetu ad capiendum. Petrus vero amputauit auriculam, dum caperetur: ſed non poſſũt ſimul ſcribi, quæ ſimul dici aut fieri potuerunt. ¶Si percutimus. ideſt, percutere debemus: ex turbatione enim ſententiam faciunt incõpletam. ¶In gladio. gladios habebant, quib⁹ in piſcatione vtebantur, & ad ſcindẽdum cibaria. ¶Reſpõdẽs

*abierũt retrorſum & ceciderũt in terram. Iterum, interrogauit eos, quem quæritis? illi autem dixerũt. Ieſum nazarenum. Reſpondit Ieſus. Dixi uobis, quia ego ſum, ſi ergo me quæritis ſinite hos abire. ut impleretur ſermo, quem dixit. quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quẽquam. Math. Tunc acceſſerunt, & manus iniecerũt in Ieſum, & tenuerunt eum. Luc. uidentes autem hi qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei. Domine ſi percutimus in gladio? Reſpõdens aũt Ieſus ait. Sinite uſq; huc. Iohã. Symõ ergo Petrus. Math. unus ex hijs qui erant cum Ieſu, extendens manum exe*

Petrus vtiq; feruens pro Dño reſpõſionem non expectat, ſed percutit ſeruum pontificis ¶Exemit. eduxit. ¶Seruũ qui ſcilicet, ferocius & ꝓpius ſe ingerebat ad capiẽdum Chriſtum ¶Auriculam. putans eũ magis lædere, ſed diuina ordinatiõe ict⁹ declinauit. ¶omnes enim qui acceperint. ſcilicet, iniuſte. ¶Gladio peribunt. ſ. ſuæ ꝓpriæ maliciæ. Ait Remigius, q gladio iniuſte vtitur ad occidendum hominem, ipſe ſuæ maliciæ prius moritur gladio Et Auguſt. cõtra Fauſt. ille aũt vtit gladio q nulla ſuperiore aut legitima poteſtate vł iubente vel concedẽte, in ſanguinem alicuius armatur. Legiones. legio vna con

ſcilicet, interrogationi diſcipũlorum. ¶Sinite ideſt, permittite eos ꝓgredi vſq; huc, hoc eſt vt me appræhendant: & impleantur quæ de me ſcripta ſunt. ¶Iſtam litteram. ſ. Reſpondit Ieſus &c. ponit Lucas poſt abſciſionem auriculæ. Aug. tamen in libro de con. euang. dicit. Illud enim verum eſt: q cum interrogaſſent diſcipłi. Dñe ſi percutimus in gladio? tunc reſpondit Ieſus. *Sinite* vſq; huc. Non enim dicebat reſpondens, niſi ad interrogationem eorum

tinet ſex millia militũ ſexcẽtos ſexaginta ſex. Non dicebat hoc, quaſi indigẽs auxilio angelorum, cum magis ipſi indigeant auxilio eius ſed vt reprimat extimationem Petri volentis ei auxilium ferre. ¶Calicem. ſcilicet paſſionis quem dedit mihi pater. i. præordinauit. Quomodo ergo implebũtur niſi ego patiar? ſcripturæ Iſai liij. & Dan. ix. & in alijs pluribus locis. ¶Sic. ſicut præordinatum eſt adeo. ¶Oportet fieri. & eſt ibi neceſſitas non cõſequen

*mit gladium ſuum, & percutiẽs ſeruũ principis ſacerdotũ, amputauit auriculam eius. Luc. dexterã. Iohã. erat aũt nomen ſeruo Malchus. Mathe. tunc. Iohã. dixit Ieſus Petro. Mitte gladium. Math. tuũ. Iohã. in uaginã. Mat oẽs enim qui acceperint gladiũ, gladio peribũt. An putas quia non poſſum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi modo pluſq̃ duodecim legiões angelorũ. Iohan. calicem quẽ dedit mihi pater, non uis ut bibam illũ. Math. quomodo ergo implebũtur ſcripturæ qa ſic oportet fieri. Luc. & cum tetigiſſet auriculam, ſanauit eum. Math. in illa hora dixit Ieſus. Luc. ad eos qui uenerãt ad ſe principes ſacerdotũ & magiſtratus populi & ſeniores. Mat*

tis, ſed conſequentiæ quæ non tollit a rebus contingentiam: ¶ Sanauit eum: nunquam pietatis ſuæ domin⁹ obliuiſcitur: illi iuſto mortẽ inferũt, iſte perſequentium vulnera ſanat. Ex his omnibus quæ dicta ſunt patet patiẽtia & benignitas Chriſti in compræhenſiõe. ¶ In illa hora dum, ſcilicet, caperetur & ligaretur. ¶ Principes ſacerdotum. quomodo potuit eis loqui, cũ omnes eſſent congregati in domo Cayphæ: vt patet Math. xxvi. & Mar. xiiij: dicendum ꝙ loquebatũ ipſis in perſona ſuorũ miniſtroꝵ, ſicut etiã in eorum perſona ipſi venerunt: ſecundũ Bedam. vel fieri potuit ꝙ in captura chriſti aliqui fuerint præſẽtes, & poſtea in domo Cayphæ congregarentur. ¶ Et magiſtratus templi. ideſt, ꝑpoſitos ædificationũ templi. Vel magiſtratus illi ſunt, quos romani præfecerãt populo, ne ꝓrruerent ĩ tumultus. Erãt enim ſeditioſi. Theophilus ¶ Exiſtis &c. quaſi dicat ſine cauſa hoc fecistis, cuius cauſam aſſignat dicens ¶ Cum quotidie. i. frequẽter ¶ Sedebam. pacifice & ſine armis. ¶ Hæc eſt hora veſtra. ideſt, patre meo fauente votis meis conceſſa vobis ad exercendum in me ſuperbiam vrãm ¶ Poteſtas tenebrarum ideſt, conceſſa tenebris. ſ. diabolo & iudeis. ¶ Hoc autem totum factũ eſt, ſcilicet, ꝙ voluerit Chriſtus & permiſerit ſe capi, & vt malefactor tractari. ¶ Scripturæ prophetarum: quia enim omnes ꝓphetæ prædixerunt Chriſti paſſionem, ideo euangeliſt. generaliter dicit impleri vaticinia ꝓphetarũ ¶ Tunc. ſ. poſtq̃ aperte cognouerunt Chriſtũ voluntarie capi & ad mortem duci. ¶ Adoleſcens autem quidam: dicunt aliqui ꝙ fuerit Iacobus frater domini. Alij ꝙ fuit Iohãnes euãgeliſta, qui fuerat iunior inter apoſtolos & quanuis tunc fugerit, poſtea redijt. Alij probabilius dicũt vt ait Theophilus, ꝙ fuerit iuuenis de illa domo in qua Chr̃s cœnauerat. ¶ Sindone. i palio lineo. ¶ Super nudo. ſ. corpore: qa non habebat aliã veſtẽ ſuper tunicã ¶ Cohors. ſ. militum & tribun⁹ qui eis præerat & iſti erant gentiles. ¶ Et miniſtri iudeorum. iſti erant iudei. ¶ Compræhẽderũt. vnde patet obſtinatio eorum, qui videntes prædicta ſigna ꝑmanſerunt in ſua malicia. ¶ Ligauerunt. a quo ſolui poti⁹ velle debuerint. illi enim q reputabantur morte digni iudicib⁹ præſẽtabantur ligati ¶ At illi tenentes &c. hic oſtenditur q̃liter Chriſtus a miniſtris compræhenſus põtificib⁹ morti adiudicandus præſentatur. Et primo Annæ, ſecundo, Cayphæ, ibi. & miſit eum. prima in duas. ꝑmo ponitur Chriſti præſentatio, vbi incidenter ponitur quomodo Petrus & Iohãnes introierunt in atrium pontificis. ſecũdo, ponitur cauſæ examinatio ibi. pontifex ergo ¶ Pro intelligẽtia

*tanq̄ ad latronem exiſtis cum gladijs & fuſtibus compræhēdere me? Luc. cum. Math. quotidie apud uos ſedebā docens in templo, & non me tenuiſtis Luc. ſed hæc eſt hora ueſtra, & poteſtas tenebrarum. Math. hoc autem totum factū eſt, ut adimplerētur ſcripturæ ꝓphetarum. Mar. tunc diſcipuli eius relinq̄ntes eū oēs fugerūt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo: & tenuerunt eum. At ille relicta ſindone nudus profugit ab eis. Iohā. Cohors aūt & tribunus & miniſtri iudeorū compræhēderunt Ieſum, & ligauerunt eū Math. at illi tenentes Ieſum, duxerūt*

continuationis hyſtoriæ, conſiderādum q ab iſta parte vſq ad illam. Et ſurgens omnis multitudo eorum. videtur varius ordo narrationis apud euangeliſtas: quāuis in facto nec in apice a ſe inuicem diſſonare queāt. Nihil enī intereſt ad veritatem vt Aug. dicit in libro de cōſ. euang. quo ordine iſta retulerint, ſicut nihil iƈtereſt ſi ali' aliud tacet, quod alius cōmemorat. Doctores etiam non eodē modo videtur hyſtoriā texere. Quidam enī dicūt q trina Petri negatio fuit inchoata in domo Annæ & ibidem cōſūmata. Alij q in domo Annæ fuerit inchoata, & ī domo Cayphæ conſūmata ſit. Item q Chr̄s fuit primo duct' ad domū Annæ, & pōt ad domum Cayphæ Verūtamen ſine præiudicio veritatis et ſalua determinatiōe ſacroſanctæ matris eccleſiæ, videtur dicendum, q Chriſtū captum duxerunt ſtatim ad domum Cayphæ Sic dicunt Hyeroni. Beda. Chriſoſ. Raba & Origen. Item ex Matheo & Marco et Luca coligit, q poſt comprehenſiōem ductus fuit ad domū Cayphæ, vbi omnes ſacerdotes, ſcribæ & phariſei & ſeniores conuenerant: ergo vbi erat Annas. Et ſic in domo Cayphæ primo Annæ p̄ſentatus eſt, ut Iohan. dicit, ꝓpter honorem, quia erat ſocer Cayphæ: & in eadē domo fuit ab Anna miſſus ad caypham, ad quem pertinebat diſcuſſio & totalis examinatio cauſæ, quia erat pontifex anni illius: & in eadem domo ſ. Cayphæ ſtetit Chriſt' quouſq Pilato fuit traditus: vnde Chriſoſtomus anteq̄ gallus cantaret, ad Caypham ducitur, mane vero ad Pilatum. ¶Item in eandem domum in quam Chr̄s intrauit, intrauit Petrus: & ibi fuit ignis accēſus in domo Cayphæ. Dicit enī Beda hic ignis ī atrio Cayphæ inſtictu maligni ſpiritus accenſus eſt. Et infra. petrus prunis miniſtrorum Cayphæ calefieri cupiebat. Item ex euangelio expreſſe habemus, q ad eundem ignem ꝑmo & ſecundo negauit petrus: ergo in eadem domo de tertia negatiōe patet etiam q fuerit facta in domo Cayphæ, quia ſine diuerſitate loci continuant euāgeliſtæ tertiam negatiōem ſecūdæ. Item Hieron. ſup illud fleuit amare, dicit. In atrio enim Cayphæ ſedens non poterat agere pœnitentiam. Vnde egredit foras, conſequens ergo ē q in domo cayphæ trina Petri negatio fuit īchoata & ibidem cōſūmata: & etiam Chriſtus ibidem cōtumeliam ſuſtinuit quia vt Aug. dicit de cō. euang. Inter chr̄i cōtumelias trina Petri negatio facta eſt: q ſi in domo Annæ hoc factum eſſet, tūc Cayphas nihil feciſſet in examinatione cauſæ Chr̄i. quod eſt inconueniēs quia cum eſſet pontifex anni illius ad ipſum ptinebat examinare cauſam. Nec Iohā. dicit q fuerit primum ductus ad domum Annæ, ſed ad Anā. Nec q Annas miſit Chr̄m ad domū Cayphæ, ſed ad Caypham: qd' fieri potuit in domo Cayphæ exiſtentibus ambobus. ¶Duxerunt illum. ligatum veluti morte dignum,

Ad caypham.i.domum cayphæ vt lucas dicit, ibi etiam oẽs congregati ſunt ad tractandum de morte xp̄i, vt patet ĩ principio. Et iſte Cayphas ut Ioſephus ait pontificatum ſibi emerat a p̄ncipe romano, cum tñ dñs ĩ lege præcepe rat, vt pontifices patrib⁹ ſucederẽt. Et eſſet v- n⁹ ſũm⁹ de quo ſupra in parte p̄ncipes ſacerdotum. vbi.i.ĩ qua domo, ¶ Omnes ſacerdotes, ergo etiã Annas ĩ domo Cayphæ erat, ſcribæ .i. legis periti. ¶ Senniores.i in dices ordĩarŋ, de hoc ſupra in p̄ncipio ſup parte ſeniores . ¶ Ad Annam qui erat cũ alŋs intra domũ Cayphæ, p̄mum i.p̄mo p pter honorem & de mandato Cayphæ. ¶ Enim qa. ¶ Socer & quia ſenior, & qa iſti duo emebant ſũmum pontificatun vt alternatis annis eſſent pontifices. Et vt Xp̄s coram pluribus iudicibus cõdẽnatus videretur magis dignus morte. ¶ Pontifex anni illi⁹, & ideo ad ip̄m ptinebat diſcuſſio & examinatio cauſæ. Dederat Ioha xvi. ¶ Expedit.i. conueniens eſt. ¶ Vnum hoĩem etiam bonũ & iuſtum, pro populo .i. conſeruatione populi putabat enim iſte ꝙ iudaica gens cõſeruaretur ĩ loco & ceremonŋs p morteꝫ xp̄i, cui⁹ tñ cõtrarium eis inuenit, & ſicut in Iohãne dr̃, ĩ hoc neſciens prophetauit, nõ ex merito, ſed ex oficŋ dignitate. ¶ Sequebatur aũt Ieſum ex deuotione q̃uis. ¶ A lõge.ſ. ꝓpter timorem, lõge autem, ſequebatur quia in proximo erat dominuꝫ negatur⁹ neꝗ enim negaret potuiſſe, ſi dño ꝓximus adhę

ſiſſet. Beda. ¶ Alius diſcipulus.ſ. Iohãnes con ſueuit enim ſe aliquando, idem Iohãn, ita nominare & iſti duo quanuis primo cum alŋs fugiſſẽt, tñ poſtea quia feruentiores Chriſtuꝫ ſecuti ſunt. ¶ In atrium vocabatur platea ſub diuo inter primam & ſecumdam portam, ibi erat ignis & miniſtri. ¶ Sũmi ſacerdo.i. Cayphæ ut Beda & Hieronim⁹ dicunt. Si enim hoc fuerat in domo Annæ cũ ĩ illa domo vbi erat ignis Petrus ter negauerit, & Xp̄s contumelias ſuſtinuerit, vt ſupra ꝓbatuꝫ eſt, ſequeretur ꝙ Cayphas nihil aut parum egerit in examinatione cauſæ xp̄i cum tñ ad eum pertineret talis diſcuſſio, quia erat pontifex ani illius. ¶ Ille.ſ. Iohãnes notus erat pontifi.i. quia plures portauerat piſces pontifici forte miſſus a patre, vel aliquis de cognatione eius ibi ſeruiebat, vel quia deſcẽderat de dauid honorabatur a pontificibus q habebant iſtas genealogias foris ex timore quaſi præſagiens iſtam negationem. ¶ Quia frig⁹ erat. Non hiems erat, & tñ frig⁹ erat, quale ſolet etiam æqui noctio & verno tempore ĩ nocte accidere, ills.ſ. miniſtris, vt videret fin̄, vl̃ amore diſcipuli vl̃ humana curioſitate ſcire cupiebat quid de dño iudicaret põtifex, vtrum eum neci adiudicaret, an flagellis cæſſum dimitteret. ¶ Calefaciebat, iam enim intus a charitatis calore Petrus torpuerat, quia dñs clauſus erat. Pontifex, hic ponitur xp̄i apud Annã examinatio, vbi p̄mo ponitur pontificis inte-

*illũ ad Cayphã prĩcipẽ ſacerdotũ, ubi Mar. Oẽs ſacerdotes. Math. Scribæ & phariſei & Seniores conuenerãt. Iohã. & aduxerunt illũ ad annam primum. Erat enim ſocer Cayphæ, qui erat põtifex ãni illius. Erat autem Cayphas qui cõſilium dederat Iudeis, quia expedit unũ hominem mori pro populo, ſequebatur autẽ ieſum ſimon petrus. Math, a longe. Ioh. & alius diſcipulus. mar. uſq; itro ĩ atriũ ſũmi ſacerdotis. Ioh. diſcipulus aũt ille notus erat pontifici. Et introiuit cum ieſu in atrio pontificis Petrus autem ſtabat ad hoſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus qui erat notus pontifici, &*

rogatio.ij. Xpi reſponſio ibi reſpondit.iij.reſponſionis re,pbatio,ibi hæc aũt cum dixiſſe ¶Ergo duo imponebantur Xpo a iudeis.ſ.ꝙ eſſet ſeductor hominum,& doctor falſæ doctrinæ,& ideo de vtroꝗ pontifex quærit. Diſcipulis ſuis.ſ.qui eſſent & vbi & quomodo ei adhæſerint,vt videret ſi poſſet deprehẽdi ꝙ eos ſeduxiſſet.

De doctrina.ſ,qualis fuerit,vtruꝫ a lege diſcrepans & aduerſa moyſi,vt ex inde occaſione accepta poſſet accuſare & tradere romano preſidi ſed dñs ita reſponſionẽ temperauit,vt nec veritatem tacere,nec ſe defendere videretur. ¶Reſpondit Ieſus,nil reſpondit de diſcipulis, quia tunc nihil boni poterat de eis reſpondere,& p̃ncipalis inter eos de,pximo erat eum negaturus,inſtruens nos ꝙ de alijs. Mala non dicere non debeam⁹ ſed oſtendit doctrinam ſuam ſanam, & ex loco,& exaudientiũ teſtimonio. ¶Palam.i.ĩ publico. ¶Locutus ſum mundo qa multi audierunt me, & rurſus non erat palam,quia non intelligebant Et ꝙ ſeorſum diſcipulis loquebatur,non in occulto loquebat᷑ Quis n ãꝗ in occulto loquitur,qui coram tot hominibus loquitur?preſertim ſi hoc loquitur paucis,quod per eos vult inoteſcere multis.Augu. ¶In occulto locutus.ſ.falſum vel ſeditioſum,vel locutus eſt quidem in occulto, non vt Hi exiſtimabant trepidans & ſeditionem faciens,ſed quia multorum auditione ſuperiora erant,ꝗ dicebãtur. ¶Qui me audie

*dixit hoſtiariæ, & ĩtroduxit Petrum Lu.accenſo autem igne ĩ medio atrij. Iohã.Stabãt autem ſerui & miniſtri ad prunas,quia frigus erat & calefaciebant ſe.Mar.& circum ſedentibus illis erat Petrus in medio eorum.Ma ut uideret finem.Mar. & calefaciebat ſe ad ignem Iohãn.pontifex ergo interrogauit Ieſum,de diſcipulis ſuis & de doctrina eius.Reſpondit Ieſus Ego palam locutus ſum mundo.Ego ſemper docui in ſinagoga & in templo quo omnes Iudei conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil.Quid me interrogas?Interroga eos, qui audierũt,quid locutus ſum ipſis.Ecce hi ſci*

runt.i.inimicos meos qui mihi inſidiabantur, quib⁹ tu magis credis,ꝙ mihi.ꝗuis deberet eſſe contrarium. ¶Vnus,hunc aliqui dicũt fuiſſe Malchum cuius auriculam dñs ſanauerat. Quod non vr̃ verum quia ſecundum. Auguſtinnum.Quibus Xp̃s dedit ſanitatem corporis,dedit etiam mentis ſanitatem. Alapam.

¶Alapa eſt percuſio ĩ maxilla, ſicut collaphus in collo. ¶Sic reſpondens pontifici,ille enim miniſter ſceleris accepit reſpõſionẽ Ieſu,quaſi notaſſet pontificem de ſtulta interrogatione Reſpondet Ieſus humiliter veritatem oſtendendo, blande & caritatiue corripiendo. ¶Si male modo corã iudice teſtimonium perhibe de malo.i. demõſtra .ſ. me male locutum fuiſſe, vel ſi male locut⁹ ſum ſ.docens in ſinagoga Perhibe.i.da de malo.i. certifica principem ,p tuum teſtimonium. ¶Cædis.i. pcutis, in quo Xp̃s correxit pcutiẽtem ſe.Nec eſt contra illud Math v.Si quis te percuſſerit.Math.v.quia illud eſt ſecundum animi præparationem,hoc eſt ꝙ homo debet habere animum præparatum ad hoc faciendum, vbi viderit hoc expedire ad honorem dei, & ad vtilitatem eccleſiæ,alias non,immo aliquãdo expedit in iurãtibus reſpõdere,ad ipſorum & aliorum inſtructionem,ſicut fecit hic Xp̃s ¶Aliquando etiam facto reſiſtere, ne detur occaſio malis & audacia male agendi. ¶Et miſit eũ Annas,hic Xp̃s præſentatur Caiphæ. & p̃mo ponit eius repræſentatio & incidentalit̃

*unt quid dixerim ego. Hoc autem cũ*
*dixiſſet, unus Aſſiſtens miniſtrorum*
*dedit alapam Ieſu dicens. Sic reſpon-*
*des pontifici? Reſdondit ei Ieſus. Si*
*male loeutus ſum, teſtimonium perbi-*
*be de malo. Si autem bene, quid me cæ*
*dis? Et miſſit e Aannas ligatum ad*
*Caypham pontificem. Mar. Et cum*
*eſſet petrus. Math. foris ĩ atrio. Mar*
*deorſum. Iohãn. Stans & calefaciens*
*ſe. Mar. uenit. Math. adeũ. Mar. una*
*ex ancillis ſũmi ſacerdotis. Ioh. Hoſti*
*aria. Mar. & cũ uidiſſet petrũ. Lu ſe*
*dẽtẽ ad lumẽ. Mar. calefaciẽtẽ ſe aſpi*
*ciẽs illũ ait. Io. nũ qd & tu ex diſcipulis*
*es hoĩs iſtius. mat. at ille negauit. Luc.*

trina Petri negatio. ij. eius accuſatio malignã p
falſos teſtes ibi. ſũmi vero ſacerdotes. iij. iniuſ
ta cõdẽnatio p iniquos iudices ibi & exurgẽs
ſũmus ſacer. ligatum. ſicut ei fuerat preſentat⁹.
ſiue fieri potuit vt ad horam ſolueret quaten⁹
diſcuteretur, & poſt hoc diſcuſſus iterum liga-
retur tanq̃ morte dignus, & ad caypham mit-
tereĩ. ¶ Ad Cayphã
intra eandẽ domum.
ſ. Cayphæ, vbi Oẽs
erant congregati vt
dictum eſt. ¶ Ponti-
ficem. ſ. ſũmum illius
anni ¶ Petrus vero.
hic ponitur trina Pe
tri negatio, & prima
ſimplici verbo. ij. iu-
ramento. iij. p execra
tionem. Foris. ſ. extra
locum vbi Xp̃s illude
batur, ſed intra atriũ
eiusdẽ dom⁹ vt dictũ
eſt. ¶ Atrio. i. Platea
ſub diuo inter p̃mam
& ſecundam portam
Deorſum. i. Inferius
¶ Ex his patet ꝙ Xp̃s
in p̃te ſupiore & int⁹
illudebaĩ. Petr⁹ vero
inferius erat & extra
locum. ſ. foris in atrio
Venit ad eũ. &c. Di-
cit Augu. li. de conſẽ.
euã. inter Xp̃i contu-
melias trina negatio
Petri facta eſt, quam
non oẽs euangeliſtæ
eodem ordine narrant. Luc. enim explicat p̃-
mo tentationem Petri, tum demum Xp̃i con
tumelias, ſed Math. & Mar. Eas primo com-
memorant, & deinde tẽtationem Petri. Iohã.
autem incipit Petri tentationem dicere, & in-
terpoſuit ꝙ inde miſſus eſt ad Caypham pon
tificem, & inde redit ad tentationẽ Petri. Nõ
enim potuerunt ſimul dici & ſcribi, que ſimul
fieri potuerunt. Nihil autem intereſt ad veri-
tatem, quo ordine iſta retulerint, ſicut nihil in-
tereſt ſi alius aliud tacet, qnod alius comme-
morat, vt Auguſtinus dicit in eodem lib. Ego
autem inter ipſas domini contumelias inſer-
ui Petri negationem trinam, non deuians in
hoc ab hyſtoriæ veritate. ¶ Vna ex ancillis.
Vt & iſte ſexus peccaſſe in nece domini vide
retur, & per paſſionem eius redimeretur.
¶ Negauit eum, ideo
negauit Petrus, quia
promiſſit incaute, &
falſa de ſe p̃ſumpſit
& non ſolum ab eo
negatur Xp̃s qui dicit
eum non eſſe Xp̃m,
ſed ab illo etiam, qui
cum ſit, negat ſe eſſe
Xp̃ianum. Dicẽs. &c.
quid ais, o petre, vox
tua repẽte mutata eſt
non erat miles qui te
interrogabat, ſed mu
lier ancilla hoſtiaria
vilis. ¶ Nec dixit ſedu
ctoris diſcipulus es,
ſed Hominis, quod
miſerẽtis erat. Sed qd
mirum ſi deus vera p̃
dixit, homo falſa præ
ſumpſit. Quod tamẽ
ideo permiſſum eſt ĩ
capite Petro vt ipſe
noſſet peccãtib⁹ com
pati & indulgere. Et
nemo auderet de ꝓ
pria virtute cõfidere.
¶ Et exijt foras, poſt
quam Petrus negauit
primo tunc timens ne cognoſceretur ſurre-
xit. ¶ Et exijt foras ante atrium, & gallus can-
tauit. ſ. primo. Nec tamen attendit Petr⁹ præ
nimia turbatione. Nec eũ gallicant⁹ ĩ memo-
riã ſuæ ꝓmiſſionis reduxit. Exeũte. i. diſponẽ
te ſe ad exitũ. ſ. dũ ſurgeret et exiret. Illũ. ſ. ſur-
gẽtẽ ab igne & exire volẽtẽ. & tũc aĩaduertit ã
cilla alia. ſ. a p̃ma. Et cœpit dicere. &. petr⁹ aũt
q foras exierat hoc audito regreſſ⁹ eſt, vt ſe q̃ſi
purgaret negãdo vl' ꝙ credibili⁹ eſt, nõ audie-

*coram omnibus dicens. Luc. Mulier Mar. nec ſcio, nec noui, quid dicas Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. Math. exeunte aūt illo ianuā. Mar. rurſus. Math. uidit illū alia ancilla, &. Lucas. cœpit dicere Math. his q erant ibi. Et hic erat cū Ieſu nazareno. Lu. & poſt puſillum Iohān. dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex diſcipulis eius es. Mar. at ille iterum negauit. Math. cum Iuramento quia non noui hominem: & poſt puſillum- Luc. interuallo facto quaſi horæ unius. Math. Acceſſerūt ad eum, q ſtabant, & dixerūt Petro. Vere & tu ex illis es. Mar. Nā & galilleus es*

at quod de eo dictū fuerat cū foras exiret, & poſt puſillū.i.cū rediјt ad focū. Dixerūt ergo .i.ſ. q aſtabāt miniſtri īcitati ab ancilla. Vn⁹ aūt ex eis ſpecialiť hoc dicebat, quē Lucas exp̄mit dicens. Alius autem videns eū &c. ¶ Et notā dum ꝙ li ergo ſuperfluit continuando litteram Iohānis, litteræ Lucæ præcedenti, q̄uis in hyſtoria Iohānis nō ſupabundet illud verbum. Sic etiam ſupra tūc dicebatur ¶ Stabant aūt ſerui & miniſtri. li. aūt ſuperfluit eodē modo. Apoſui autē iſta verba vt veritatē hyſtoriæ in litteris conſeruarem. Dixerunt, multi dicebant vt Math. & Mar. ſcribūt, & īter eos ſpecialiter erat vnus magis hæc afirmās vt dicit Lucas, & hunc vel forte alium expreſſū ponit Iohā Dicēs hūc eſſe cognatum Malchi. Et loq̄lla tua &c. Non ꝙ alia ligua galilei, & alia loquerentur iſraelitæ, qui vtriq; fuerunt hæbrei ſed vna quæq; prouincia & regio ſua habendo proprietates, vſitatum loquendi ſōnum vitare nō poſſit ¶ In horto ſed nec hortus Petrum reduxit ad memoriaȝ eorum quæ ibi dicta & facta ſunt, Neq; multa dilectio. Anathematizare & Iurare .i. Iurare, & execrari, ꝙ eſt cum aliquis non ſolū iurat per deum, ſed etiam imprecatur ſibi aliquod malum, perſeuerare quippe in peccato dat incrementa ſcelerum & qui minima ſpernit, ī maiora ruit, vide q̄ ſint noxia prauorum hominū colloquia, ipſa quippe coegerunt Petrum negare hoīem, quem prius confeſſus fuerat eſſe dei filium. ¶ Pro concluſione harum negationum ſciendum, ꝙ prima negatio fuit facta ad vocem hoſtiariæ. ij. ad vocem multorum, qui tū fuerant incitati p aliam Ancillam. iij. etiam multis accuſātibus, quoruȝ prīcipalis erat cognatus Malchi, & omnes tres ad ignem in atrio Cayphæ ¶ Reſpexit cum petrus eſſet foris in atrio deorſum, Xp̄s vero ī interioribus & ſuperioribus domibus, quomodo reſpexit Xp̄s Petrum facie corporali? Dicendum ꝙ illa reſpectio fuit diuinitus facta ſicut ibi reſpice & exaudi me. Item cōuertere dn̄e, & eripe animam meam. Aut forte in domo vbi Xp̄s illudebatur erant feneſtræ reſpiciētes atrium, vbi Petrus negabat. Et intuitu ſuo Xp̄s Petrum ad amaras lachrimas prouocauit. Non enim fieri poterat, vt in negationis tenebris p̄maneret, quem lux reſpexerat mundi. ¶ Egreſſus foras, in atrio enim Cayphæ ſedens nō poterat agere penitentiam. ¶ Fleuit amare, ex tunc Petrus traxit in conſuetudinē vt a p̄mo gallorū cantu q; ad horā matutinā ſtaret in orōne flens, p iſta negatione vt habetr in itinerario Clementis. ¶ Sūmi vero ſacerdotes lege præcipiente ꝙ vnus eſſet ſūmus ſacerdos, & p ſucceſſionem. Nunc multi erāt inſtituti & deſtituti ānis ſingulis p principem romanorum. Sūmos ergo ſacerdotes eos appellat qui de numero erāt illorum qui ad ſūmū ſacecerdotium aſſūmebant̄, cum tn̄ vn⁹ ſūm⁹ ſacerdos eſſet. ¶ Querebāt, p curādo & ſobor

cendo. ¶Falſum, quia verum innenire nõ Po
terant ¶Traderent, coram pilato.. ¶Conue-
nientia teſtimonia non erãt, & ſic mentita eſt
iniquitas ſibi: falſa enim teſtimonia tunc locũ
habent, quando cum colore aliquo ꝓferun-
tur, ſed nec color inueniebatur qui poſſet con
tra Ihm̃ adiuuare mendacia, & ſic defecerunt
ſcrutantes ſcrutinio.
Quod maximam lau
dem exhibet Ieſu, qui
ſic irreprælıẽſibiliter
omnia dixit & fecit,
vt nulla vera ſimilitu
do reprehenſionis in
ueniretur. ¶Nõ erat
conueniens, non ille
dixit quod illi, ſed ali
quid ſimile de tẽplo
corporis ſui Iohan. ij
dicens ſoluite. i. ſolui-
tis tẽplum hoc. i. cor-
pus meum, & in tri-
bus diebus excitabo
illud. ſ. p reſurrectio-
nem. Non enim dixit
Ego diſoluã, aut po-
ſſũ diſoluere, ſed ſol-
uite. Nec manu factũ
dixit ſed ſimpliciť tẽ-
plum hoc. Non dixit
¶Super me. cuius reſurrectio cito mortem ſoluere poteſt. non prohibet Chriſtus compaſſionem, ſed prædicit aliam cauſam maioris luctus in Hieruſalem per Titum & Veſpaſianum. ¶Venient dies. ſ. quadrageſimo ſecundo anno poſt paſſionem meam. ¶Beatæ ſteriles. quia agiliores ad fugam. vel ideo. ne. ſ. illo tempore viderẽt filios ſuos crudeliter occidi vel ab exercitu romano vł ab ipſis matribus vt comederẽt eos præ fame. vt Ioſephus dicit. li. de bello iudaico. ¶Cadite ſuper nos. quærentes occultari in montibus & in cauernis terræ pre timore. Vel præ horrore miſeriæ aliqui peterẽt hoc. ¶In viridi ligno. i. chr̃o ligno fructifero & indigno occidi ꝑ mortem. ¶In arido. i. in populo iudeorum ĩfructifero apto ad pœnam & combuſtionem. ¶Alij duo. ſubaudi qui erant. ¶Neq̃ ideſt iniqui & ſcelerati. vt ex illorum comparatione Chriſtus etiam ſimilis eis reputaretur. ¶Perducunt. hodie nouies fuit ductus Chriſtus. primo enĩ mox vt captus & ligatus fuit ductus eſt ad Anam. ij. ab Ana ad Cayphã. iij. a Caypha ad Pilatum. iiij. a Pilato ad Herodem. v. ab Herode reductus ad Pilatũ. vi. milites duxerunt illum in atrium prætorij. vi. Pilatus duxit eum foras portantem coronam & purpureum veſtimentum. viij. duxit eum foras vbi ſedit pro tribunali. Nono duxerunt eum ad crucis patibulum. ¶Golgota. i. decollationis. ¶Caluariæ. ibi enim erãt caluariæ & oſſa capitum eorum, qui ibi decollabantur. quidam tamẽ dicunt quos ĩprobat. Hieronymus. ꝗ dicitur caluariæ locus a caluaria Adæ ibi ſepulti & ꝗ in hebron fuerint ſepulti quatuor patriarchæ cum vxoribus ſuis. ſ. Adam. Ioſue. xiiij. & Eua. Abraam & Sarra. Yſaac & Rebeca. Iacob & Lia. & propter hoc hebron antiquitus dicebatur cariatharbe ideſt ciuitas quatuor. ¶Mons Caluariæ prope quẽ ad quinquagita paſſus eſt ſepulchrum. extra ciuitatem erat ad aquilonem. quẽ montem & ſepulchrum Helius Adrianus amplians ciuitatem verſus aquilonem intra ciuitatem incluſit. ¶Mirratum vinum cũ felle mixtum. amarauit i. ſamarum vinum propinat ſcribitur in quodam libro hebraico qui intitulatur liber iudicum ordinariorum ꝗ quia Salomõ dixerat ꝓuerb. xxxi. date ſicerã ideſt potum inebriatiuũ merẽtibus & vinum his ꝗ amaro ſunt animo vt bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ & doloris ſui non recordentur amplius. ideo ſeniores iudeorum ſtatuerant vt condennatis ad mortem daretur vinum aromaticum vt faci-

lius tolerarent paſſionem. & quædam deuotæ matronæ Ieroſolimis conficiebant huiuſmodi vinum, & ex deuotione & compaſſione dabant illud condemnatis. Iudei vero ex crudelitate tale vinum acceperunt ſibi, iuſta illud Amos.ij. Vinum dãnatorum bibebant, & loco eius poſuerunt vinum mirratum. Et vt Auguſtin.de.con ſen.euange. Quod Mar.dicit mirratum vinum, Math.dicit vinum cum felle mixtum, quia fel ꝓ amaritudine poſuit Matheus. & mirrhatum vinum amariſſimuꝫ eſt. quamq̃ fieri poſſet vt fel & mirrha vinum amariſſimum redderẽt. & qd' Mat. dicit noluit bibere. Mar.dicit non accepit .ſ. ad bibendum ſed ſolum ad guſtãdum. Et ſciendum ꝙ poſtea in cruce iterũ fuit potatus, ſed aceto. Patet quia hic dicitur vinum, ibi acetum. item Math. & Mar. qui ponunt hic hanc potionem vini amari poſtea in cruce ponunt aliam potionem aceti.

¶ Hora tertia. iam completa & currebat iam ad finem ſextæ, & ideo erat quaſi ſexta vt Iohannes dicit. medium vero ab vtroq; extremorũ denominari poteſt.

*paſchę hora quaſi ſexta. Et dicit Iudeis. Ecce rex ueſter illi autem clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Dicit eis Pilatus, regem ueſtrum crucifigam? reſponderunt pontifices. Non habemus regem niſi Cæſarem. Mat. uidens autem Pilatus ꝙ nihil proficeret ſed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus corã populo dicens Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius, uos uideritis. Et reſpõdit uniuerſus populus dicens. ſanguis eius ſuper nos & ſup filios noſtros. Mar. Pilatus aũt uolẽs populo ſatiſfacere. Luc. adiudicauit fieri petitionem eorum. Mat. tunc dimiſit illis barrabã. Luc. Qui propter homicidiũ & ſeditionẽ miſſus fuerat ĩ carcerem, quẽ petebãt. Mat. Ieſum uero. Mat. flagellis cæſum. Luc. tradidit uoluntati eorum.*

Duos latrones iudei hoc fecerunt vt homines videntes prauam opinionem conciperẽt contra Chriſtum dominus vero ſic fieri ordinauit, vt qui pro nobis maledictum crucis ſuſtinuit, inter noxios quaſi noxius pateretur. & quia ſic in iudicio faciet. Et in ſignum iudaici & gentilis populi. ¶ Medium autem Ieſum. Ideo in cruce mortem exprobrariſſimã paſſus eſt, vt recte viuentibus nullum genus mortis eſſet timendum. Et vt in ligno reſtitueret, quod Adam in ligno abſtulit. & vt nobis pararet aſcenſum in cœlum. Et vt ex figura crucis virtus ſuæ paſſionis in totum mundum fundi ſignaretur. Et vt ſic aeris natura mundaretur, ſicut etiam terra ſanguine fluente mundata eſt. et quia pluribus figuris in veteri teſtamento correſponderet. quæ dicit yſa.liij. ¶ Neſciunt quod faciunt. de minoribus loquitur. i. ſimplicibus, qui ſeducti per ſacerdotes Chriſtũ eſſe meſſiam & dei filium nõ cognoſcebant. Maiores vero & literati cognouerũt Chriſtum eſſe meſſiam ĩ lege promiſſum. Et etiam cognouerunt eum eſſe dei filium quia euidentia ſigna huius rei habebant, quibus tamen aſſentiri propter odium & inuidiam noluerunt, vt eum cognoſcerent filium dei. Et ita habuerũt ignorãtiam affectatam. que eos non excuſat vt dicit Thomas. Nycolaus vero Math.xxi. dicit ꝙ cognouerunt eum in principio, ſed perturbati odio & ira eum poſtea ignorauerunt. et

*Mat. ut crucifigeretur. Et poſtq̃ illu*
*ſerunt ei, exuerunt eum clamide, & in*
*duerunt eum ueſtimẽtis eius. Ioh. ſuſce*
*perunt autem Ieſum. Mar. et educunt*
*illum, ut crucifigerent eum. Mat. inue*
*nerunt hominem cireneum. Mar. præ*
*tereuntem. Math. uenientem de uilla,*
*nomine Symonem. Mar. patrẽ Ale*
*xandri & ruffi. Mat. hunc angaria-*
*uerunt ut tolleret crucem eius. Luc. et*
*impoſuerunt illi crucem portare poſt*
*Ieſum. Sequebatur autem illum multa*
*turba populi & mulierum, quę plãge*
*bãt & lamentabantur eum. cõuerſus*
*autem ad illas Ieſus dixit. Filiæ Hie-*
*ruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſup*
*uos ipſas flete & ſuper filios ueſtros.*
*Quoniã ecce uenient dies in quibus di*
*cent. Beatæ ſteriles et uentres qui nõ*
*genuerunt, & ubera quę non lactaue*

ſic pro omnibus orauit. q̃uis Beda dicit ꝙ ſo
lum orauit pro minoribus. ¶ Scripſit autem.
hic deſcribuntur conſequẽtia crucifixionem.
& primo titulus cauſæ ipſius. ij. militum cu-
piditas ibi. milites ergo. iij. crucifixi illuſio ibi
& prætereuntes. iiij. matris commendatio ibi
ſtabat autem. ¶ Cauſæ eius. ſ. propter quam
fuerat condennatus
Chriſtus accuſatꝰ fu
erat, ꝙ ſibi vellet vſur
pare regnum iudeo
rum. erat autem mo
dus romanorum, ꝙ
ſuper capita crucifi-
xorũ poneretur cau
ſa ſuæ dannationis.
¶ Literis græcis. vt
omnis lingua poſſet
legere. in quo mon
ſtrabatur iam tũc re
gnum Chriſti nõ vt
ipſi putabant deſtru
ctum, ſed potius au
gmentatum. ¶ Pon
tifices. qui Chr̃o eti-
am crucifixo in vide
bant. ¶ Quod ſcrip
ſi. ſ. imutabiliter & in
delebilit̃ Pilatus qđ
ſcripſit ſcripſit, quia
deus quod dixit, di-
xit. erat enim hoc ex
diuina ordinatione
factum, ſicut etiam
ante erat prophetatũ
propter quod pſal.
lviij. qui loquitur de
paſſione Chriſti, &
alij duo pſalmi præ
cedentes ſic intitulã
tur. ne corrumpas ti
tuli in ſcriptionem.
Chriſoſt. ¶ Milites. ſ.
quatuor cum i poſtq̃ veſtimenta. alia a tuni
ca quia tunicam non diuiſerunt ſed ſuper ea
integra ſortiti ſunt. Vnde patet ꝙ ſicut perſo-
na vilis & abiecta nudus crucifixus eſt.

¶ Quatuor partes. quia erant quatuor mili-
tes. ¶ Vnicuiq; militi partem quæ illi ex ſor-
te proueniebat. ¶ Et tunicam. quia vlt a illam
partem veſtimentorum, que ſibi ex ſorte eue
nerat, habebat etiam ius ad tunicam, quæ in
diuiſa manebat. ¶ Super eis. ſ. partibus veſti-
mentorum. ¶ Quis quod tolleret. q̃uis di-
uiſa eſſet in quatu-
or p̃tes, voluerũt ſor
te cognoſcere quam
quis acciperet partẽ
¶ Veſtimenta Chri-
ſti acceperunt mili-
tes. aut ex auaricia.
aut perſuaſi a phari-
ſeis ꝙ ex malefica ar
te ad tactum veſti-
mentorum Chriſti
infirmi curabantur.
Luc. viij. ¶ Accipie-
bant ad aliqua medi
cinalia vel malefica
exercenda. quod eti
am cedebat in igno
miniam Chriſti.
¶ In conſutilis. i. ſine
futura. de ſuper con
texta. dicunt ꝙ erat
opere reticulato fa-
cta, inſtar alicij chi-
roticarum linearum
aut birreti. qua veſte
in paleſtina paupe-
res vtebantur. dicũt
etiã ꝙ mater ſua bea
ta virgo ei hanc tu-
nicã fecerat. & erat
deſuper contexta q a
vt dicunt ab extra de
pano aliquo erat ap
poſitum ad eam for
tificandũ. Mihi tamẽ
videtur ꝙ ſi panus fu
it appoſitus, hoc fuit ex parte interiori, & re
tis textura erat ex parte ſuperiori quia litte-
ra dicit de ſuper contexta. ¶ Non ſcindamus
eam. quia partes nihil valuiſſent. ¶ Prophe-

tã ps. xxi. ¶ Veſtimẽta mea. alia a tunica. ¶ Veſtem in conſutilem. ¶ Hæc fecerunt ſicut erat ſcriptum pſal. xxi. Vnde patet falſitas iudeorum exponentium prædictum pſalmum de Amam. ¶ Seruabant. eum. ne raperetur de cruce anteq̃ eſſet mortuus. ¶ Et prætereuntes. Hic ponitur multiplex Chriſti illuſio. primo prætereuntium. ij. ſacerdotum. ibi ſimiliter et cum eis. iij. militum ibi illudebant autem ei. iiij. latronum ibi. idipſum autem. ¶ Prætereuntes. trãſeuntes. Vah. interiectio ſubſanãtis & irridentis eſt. reædificas. ſicut dixiſti. ¶ Saluum fac. virtute quam de te prædicaſti. ¶ Deſcende. imo qa dei filius eſt ideo non deſcendet. Venerat enim ſaluaremũ dum per mortem crucis. Magis tamẽ fuit reſurgere de ſepulchro. Demones ad hoc eos prouocabãt, ne per chriſti mortem vincerentur. ¶ Illudentes. irridentes. Scribis. i. legis peritis. Senioribus. iudicibus ordinarijs. dicebant deridendo. ¶ Se ſaluum faciat idest de ſupplicio crucis eruat. ¶ Si hic eſt Chriſtus rex ſiue meſſias. ¶ Alios ſaluos fecit. iterum dicebant ſe ipſum non poteſt. Si vellet, poſſet, qui alios ſaluos fecit, non tamen vult quia non expedit humanæ ſaluti, Si Chriſtus rex iſrael eſt. non quicunq̃ rex, ſed meſſias in lege promiſſus. ¶ Vt videamus. ſ. ipſius virtutem quia hoc facere nequeunt alij reges. Et credamus maiora vidiſtis, & non credidiſtis maius eſt enim poſt mortẽ reſurgere & mortuos ſuſcitare. Liberet eum nunc. nunquid ꝓphetæ ſancti & iuſti non erant, quia eos non eripuit de periculis deus? ¶ Quia filius dei ſũm. qui ad hoc venit vt ꝓ nobis mortem crucis pateretur ¶ Accidentes. prope crucem. ¶ Offerentes. aut tũc aut poſtea cum dixit ſitio. ¶ Si tu es Rex. ſicut dixiſti. idipſum autem & latrones. hic ponitur illuſio facta per latrones & primo ponitur amborum illuſio ij. vnius cõuerſio ibi vnus autem. ¶ Idipſum. ſ. verba præmiſſa latrones ambo in principio, ſed poſtea vnus eorum ad Chriſtum conuerſus eſt. ¶ Improperabant. i. improperando dicebant. Alterũ quod iã erat repente conuerſus ad Chriſtum. & priorem irriſionẽ. ſequenti emendabit cõfeſſiõe. ¶ Quod pro quia. ¶ In eadem. ſ. cum iudeis chriſtum illudentibus. alij librĩ habent qui. et in vtra q̃ littera patet eſſe ſẽſus. ſ. nec tu qui aut quia in eadem damnatione mortis es. Quaſi dicat licet non timueris homines tamen deberes deum time

*runt. tunc incipient dicere mõtibus ca*
*dite ſuper nos, et collibus operite nos.*
*qa ſi in uiridi ligno hæc faciunt, in ari*
*do quid fiet? Ducebãtur autem et alij*
*duo neq̃, cum illo ut interficerentur.*
*Mar. et perducunt illum. Mat. in lo-*
*cum qui dicitur. Ioh. hebraice. Math.*
*golgota. Mar. quod eſt interpretatũ*
*Caluariæ locus. Mat. et dederunt ei.*
*Mar. bibere mirrhatum uinũ. Mat.*
*cum felle mixtum. Et cum guſtaſſet,*
*noluit bibere. Mar. erat autem hora*
*tertia. Et Luc. ibi crucifixerunt eum.*
*Mar. & Mat. tunc. Mar. cũ eo cru*
*cifigunt duos latrones, unum a dextris*
*& alium a ſiniſtris eius. Ioh. medium*
*autẽ Ieſum. Mar. et impleta eſt ſcrip*
*tura, quæ dicit, et cum iniquis deputa*
*tus eſt. Luc. Ieſus autẽ dicebat. Pater*
*dimitte illis, non enim ſciunt quid faci*
*unt. Ioh. ſcripſit autẽ et titulũ. Mar.*
*cauſæ eius. Ioh. Pilatus. Et poſuit ſu*

re maxime qui es in articulo mortis. ¶Iuſte. ſ. patimur. ¶Digna. ſupplicia factis noſtris. ¶Domine. crucifixum aſpicit, & dominum confitetur. condemnati videt figuram, & regis prædicat dignitatem. ¶Amen i. ſine defectu: hoc eſt vere. ¶Hodie. i. hoc die. cito ignoſcit deus, quia cito ille conuertitur, & vberior eſt gratia, q̃ precatio. ¶Mecũ eris in paradiſo. i in dei beata viſione. i. fruitione. quam habuerũt omnes qui erant in limbo per acta morte Chriſti, quæ abſtulit impedimẽtum viſionis diuinæ. qa decreuerat deus vt ait Ambr. ſuper Epiſtola ad hebræos propter peccatum primi parentis nullum etiam ſanctiſſimum admitti ad paradiſum. i. dei viſionem. donec filius dei moreretur. quia per eius mortem fuit ſublata rumphea. i. ſolutum peccatũ naturæ, qđ impediebat introitũ paradyſi & eadem die anima illius latronis deſcendit ad limbum, facta particeps diuinæ fruitionis. ¶Fere ſexta. quia a tertia ad ſextam ſunt tres horæ. & poteſt medium denominari ab vtroq; extremorum. propter quod. Mar. dicit hora tertia. ſ. iam completa. Ioh. vero hora quaſi ſexta, quia modicum deerat ad complementum ſextæ. ¶Iu-

*per caput eius. Erat autẽ ſcriptum Ieſus nazarenus rex iudeorũ. Hunc ergo titulum multi iudeorum legerunt, quia prope ciuitatẽ erat locus ubi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptũ. Luc. literis grçcis latinis et hebraicis. Ioh. dicebãt ergo Pilato pontifices Iudeorũ. Noli ſcribere rex iudeorũ, ſed qa dixit. Rex ſum iudeorũ. Reſpõdit pilatus. Quod ſcripſi, ſcripſi. Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ, acceperunt ueſtimenta eius et fecerunt quatuor ptes unicuiq; militi partẽ, et tunicã. Mat. ſortem mittẽtes. Mar. ſuper eis. quis quid tolleret. Iohã. erat autẽ tunica incõſutilis deſup cõtexta per totũ. dixerunt ergo inuicem. Nõ ſcindamus eã, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Mat. ut adimpleretur quod dictum eſt per ꝓphetã dicentem. diuiſerunt ſibi ueſtimẽta mea, et ſup ueſtẽ meã miſerũt ſortẽ. Ioh. Et milites quidẽ hoc fecerunt.*

ſta crucem. fugientibus viris prope erant mulieres. Alij euangeliſte dicunt ꝙ erãt a longe Maria magdalena & Maria Cleophe. dicendum ꝙ qñ Ieſus commendauit matrem, erãt iuſta crucem, ſed procedente paſſione propter turbam comprimentem ſe retraxerunt, et erant a longe. Mari. Cleope. iſta eſt mater Iacobi minoris et Ioſeph. ¶cũ vidiſſet ergo Ieſus matrem. dãs nobis exemplum vt ſimus ſolliciti impẽdere debitum obſequiũ parentibus. ¶Quem dilige ſ. Ioannẽ præ cæteris familiaribus propter virginitatis prærogatiuam vt dictum eſt. ¶Mulier. non vocat eam matrem, ne ex teneritudine materni amoris ſi exprimeret, agrauaretur animus virginis videntis paſſionẽ filij. ¶Ecce filius tuus. quaſi dicat. quaſi dicat vſq; nũc fui tibi ĩ obſequiũ, de cetero iſte erit tibi loco mei. Ecce mater tua. i. deputo te in obſequiũ, eius ſicut matris. ¶In ſuam matrem ſ. quãtum ad curam obſequium & diligentiã. ¶A ſexta autem hora. hic agitur de morte Chriſti & primo ponitur Chriſti crucifixi & irriſi expiratio ij. eius poſt mortem lanceatio. ibi iudei ergo. prima in duas primo ponitur creaturarum turbatio Chriſto patienti quaſi compatientium, ij. poni-

tur confeſſio aſſiſtentium ibi videns aut cen-
turio. prima in duas. primo deſcribitur ſupe
riorum turbatio. ij. inferiorum ibi & ecce vel
lum templi. ¶ Tenebre. non per retractionē
radiorum ſolarium. vel per nubium denſita-
tem. ſed ſicut Dioniſius ariopagita dicit ī epi
ſtola ad Policarpum. ipſe vidit lunam aſcen-
dere a parte orientis
verſ⁹ meridiē & ſup
ponere ſe ſoli et ſic
fuit eclipſis ſolis non
naturalis ſed mira-
culoſa. primo quia
erat oppoſitio lunæ
& luna quintadeci-
ma quando ſol et lu
na diſtant per medi
um celi. ſed eclipſis
ſolis naturaliter fie-
ri debet non niſi in
cōiunctione. ij. quia
luna motu ſuo & in
paruo tempore ve-
nit ab oriente ad me
ridiem iij. quia poſt
ecclipſim redijt ad
oriētē. iiij. quia pars
orientalis ſolis fuit p̄
mo eclipſata & vlti-
mo illuminata. ¶ Su
per vniuerſam ter-
ram. ſ. iudeæ. accipi-
tur enim pars pro to
to. ¶ Sic dicunt do-
ctores. ſed Dioniſi-
us extra terram iu-
deæ erat. ſ. Athenis,
& vidit eclipſim. &
q̄uis eclipſis ſolis nō
ſit generalis ad om-
nem regionem pro
pter diuerſitatem aſ
pectus, potuit tamē
in multis partibus ex
tra iudeam videri. vł
in omnibus viſa eſt
miraculoſe vt aliqui ſancti dicunt. Quia ta-
mē aſpicientes neſciebant cauſam, mirati ſūt,
& non ſunt conuerſi ¶ Vſq; ad horam no-
nam. ex quo patet q̄ luna ſtetit inmobilis per
tres horas ſub ſole & hoc fuit. v. miraculum.
quia in naturali eclipſi, luna continue et ſuc-
ceſſiue mouetur ſub ſole. patet etiam q̄ in tē-
pore opperuit totum ſolem, & etiam diſco
operuit, quod eſt ſex
tum miraculum.
¶ Obſcuratus. ideſt
non apparebant ra-
dij eius propter in-
terpoſitionem Lunæ
non tamen ipſe Sol
carebat luce. ¶ La-
mazabata. Hel. idem
eſt quod deus. y. idē
quod meus. lamaza-
bata. ideſt quare aza
batani. ideſt dereli-
quiſti me. & a primū
ſublatū eſt vicio ſcri-
ptorum. aut quia e-
rāt duo ſimul vnum
non pronunciatur ſi
cut Kyrie eleyſon,
vnum. e. pronuncia
tur. ¶ Dereliqſti me.
i. dimiſiſti in manib⁹
occidentium. vel di-
cit ſe a patre dereli-
ctum, quia omnibus
propter deum pati-
entibus deus aliquid
refrigerij & conſola
tionis miniſtrat per
redundantiam par-
tis ſuperioris in infe
riorē. Chriſtum vero
totaliter dolori ſubie
cerat, vt doleret quā
tum dolere poterat,
& ſic pars ſenſitiua
erat relicta ſibi ipſi
non habens alleuia-
tionē ſui maximi do
loris. Vide ſupra in parte hæc cum dixiſſet Ie

*Mat. & ſedentes ſeruabāt eū. Mar.
Et prætereuntes blaſſemabāt eū mo
uentes capita ſua, & dicentes. Vah
qui deſtruis templum dei, & in tribus
diebus illud reædificas. Saluum fac te
metipſum. Mar. ſi filius dei es, deſcen
de de cruce. Luc. et ſtabat populus ex
pectās. Mat. Similiter et Luc. cū eis
Mar ſūmi ſacerdotes illudentes ad al
terutrū cū ſcribis. Mat. et ſenioribus
dicebant. Luc. alios ſaluos fecit, ſe ſal
uum faciat. ſi hic eſt Chriſtus dei elle
ctus. Math. alios ſaluos fecit ſe ipſum
nō poteſt ſaluū facere Si. Mar. chri
ſtus. Mat. rex iſrael eſt, deſcēdat nūc
de cruce. Mar. ut uideamus et creda-
mus. Mat. Cōfidit in deū, liberet eum
nunc ſi uult. Dixit enim. quia filius dei
ſum. Luc. illudebant autē ei et milites
accedētes et acetum offerentes dicētes
illi. Si tu es rex iudeorum ſaluū te fac.
Mat. idipſum autem & latrones qui*

ſus egreſſus eſt.&c. ¶Quidam de circunſtan
tibus .ſ. romani milites ipſum cuſtodientes:
Helyam. ex ignorantia hebraice linguæ vnũ
pro alijs accipiebant. Aut ſi erant iudei hoc fa
ciebant infamare volentes Chriſtum de infir
mitate, qui puri hominis auxilium poſtula-
bat. ¶Poſtea quæ dicta ſunt. ¶Omnia .ſ. quæ
de Chriſto paſſuro
ſcripta erant, & quæ
fieri oportebat ante
q̃ acciperet acetum.
¶Vt conſumaretur.
quia hoc reſtabat im
plendum: ſcriptura.
pſal. lxviij. in ſiti mea
potauerunt me ace
to. ¶Sitio. ex labore
enim & ſanguinis e
miſſione corpus ei⁹
erat ad vſtum & de
ſicatum: & etiam ex
timore calor retra-
ctus ad interiora ca
lefacit, et deſicat. Et
propter hoc ſitiebat
valde. & talis ſitis eſt
maximum tormen-
tum. ¶Vnus de ro-
manis. ¶Arundini.
Mar, dicit calamo. et
eſt idem. Iohan. dicit
yſopo. & ſecundum
theophilum ẽ idem
quod arundo, aut ſi
ẽ herba ſpõgia erat
cum yſopo arundi-
ni circum ligata.
¶Deponendum. de
cruce. ¶Cæteri ve-
ro dicebant. Augu.
de con. euan. Vnde
intelligimus illum .ſ.
propinantem ſpon
giam & cæteros hoc
dixiſſe. ¶Accepiſſet.
bis fuit potatus. pri-
mo ante crucifixionem: ij in cruce. Videſu-

pra in parte mirratum. ¶Conſummatum eſt
i. opere completum quidquid de me ſcriptũ
eſt etiam vſq; ad aceti potationem. Vel con-
ſummatum eſt opus redemptionis humanæ
per paſſionem. Quæ ſecundum ꝙ compara
tur ad deitatem Chriſti operata eſt noſtram
redemptionem efficienter comparata vero
ad voluntatem ani-
mæ Chriſti egit no-
ſtram redemptionẽ
per modum meriti.
vt conſideratur in ip
ſa carne Chriſti, egit
per modum ſatiſfa-
ctionis. in quantum
per eam ſumus recõ
ciliati, egit per mo-
dum ſacrificij in quã
tum vero per eam li
beramur a ſeruitute
culpæ, egit per mo-
dum redemptionis.
Tho. in . iij. parte. q.
xlviij. ar. vi. ad iij. Et
liberabit nos a pec-
cato. a diabolo. a pœ
na peccati. per eã ſu-
mus deo reconcilia-
ti & aperuit nobis ia
nuam cœli. q. xlix. vo
ce magna. infirmata
carne humana vox di
uina in valuit. ¶Cũ
voce ima aut ſine vo
ce morimur nos, qui
de terra ſumus; ille ve
ro cum voce exalta-
ta expirauit, qui de
cœlo deſcendit. ¶In
manus tuas. i. in pra-
te tua commendo.
per hoc nobis volu-
it declarare ꝙ ex tũc
ſanctorum animæ in
manus dei aſcendũt.
Nam prius omnes ſã
ctorum animæ ab inferis. i. limbo detinebant

*crucifixi erant cum eo improperabãt
ei. Luc. unus autẽ de his qui pẽdebãt
latronibus, blaſſemabat eum dicẽs. Si
tu es Chriſtus ſaluũ fac temetipſum
et nos. reſpõdẽs autẽ alter increpabat
eum dicẽs. Nec tu times deum, ꝙ in ea
dem dãnatione es. Et nos quidẽ iuſte.
Nã digna factis recipimus. hic uero
nihil male geſſit. Et dicebat ad Ieſum.
Dñe memẽto mei, cũ ueneris in regnũ
tuũ. Et dixit illi Ieſus Amen dico ti
bi, hodie mecum eris ĩ paradiſo. Erat
aut fere hora ſexta. Ioh. ſtabat autem
iuxta crucẽ Ieſu mater eius, & ſoror
matris eius maria Cleophæ et mariæ
magdalene. Cum uidiſſet ergo Ieſus
matrem & diſcipulum ſtãtẽ, quem di
ligebat, dicit matri ſuę, mulier ecce fi-
lius tuus. deĩde dicit diſcipulo ecce ma
ter tua. Et ex illa hora accepit eam di
ſcipulus in ſuam. Mat. a ſexta autem
hora tenebræ factę ſunt ſuper uniuer*

tur, donec mortuus eſt ſacerdos ſummus in cuius morte remiſſio exulibus donata eſt ſicut fuit figuratum numeri.xxxv. et Ioſue.xx. in ſex ciuitatibus confugij ĩ quibus illi qui nolentes occidiſſent hominem manebant vſq; ad mortem ſummi ſacerdotis, & tunc licebat eos ad propria redire. ¶ Emiſit.tradidit volũtarie. diuinæ enim poteſtatis eſt mittere ſpiritum. ¶ Et ecce.ſ.tunc cum emiſit ſpiritum. Luc. vero preoccupando ſcripſit hoc factum, cum tenebræ factæ ſunt. ¶ Velum templi qd' ſ.erat ſecũdum Orige. in introitu tabernaculi aut tẽpli prohibens aſpectum eorum qui intra templum erant. aliud velum erat inter ſancta & ſancta ſãctorum. A ſumo vſq;. Vt ab initio mundi vſq; ad finem conſciſſo velamine miſteria publicentur, que vſq; ad Chr̃m occulta erãt. terra mota eſt. quaſi ferre nõ valens pẽdẽtem dominum ſuum. petræ ſciſſæ ſũt. i.diuiſæ.in ſignum ꝙ corda quantuncũq; dura deberent compati Chriſto morienti, & conteri & frangi per paſſionẽ Chriſti. monumẽta aperta. Ex terræmotu ad oſtẽdendũ ꝙ Chriſti reſurrectio & aliorum cum ipſo reſurgentium propinqua erat. ¶ Reſurrexerunt, non tunc quando monumenta aperta ſunt, ſed Chriſto reſurgente, qui fuit primiciæ dormientium.i. Corinth.xv. ſed ſiue ſurrexerunt tunc quando monumenta aperta ſunt, ſiue poſt Chriſto reſurgente, iterum mortui ſunt vt probat Aug. in Epiſtola ad vodium. de hoc Tho. in. iij.parte.q.liij.ar.iij.ad ſecũdum. ¶ Apparuerunt multis. ad declarationem dominicæ reſurrectionis. ¶ Cẽturio. qui præerat militibus. Ex aduerſo.i. coram facie Chriſti. ¶ Et q cum eo erant. ſ.milites cuſtodientes quouſq; expiraſſet et hijs.ſ.miraculis ſic clamãs videbat.n. cẽturio et milites ꝙ illa tã magna vox non poterat naturalr̃ formari ab hoĩe ſic ꝓpĩquo morti, et ideo cõcluſerũt ꝙ eẽt formata virtute dei dicẽtes vere hic hõ filius dei erat. Dicẽtes. nõ ſolũ Cẽturio ſed etiã alij q cũ eo erant vt Mat. ſcribit. ¶ Vere hic hõ iuſtꝰ filiꝰ dei erat vtrũ꜖ dixerunt vt ſcribũt euãgeliſtæ, ſed Lucas expreſſit vnũ. Mat. & Mar. aliud. ad ſpectaculũ.i. grãde factum ſpectatione dignum percutiẽtes pectora. ſua. pœnitẽtes & dolẽtes de Chr̃i pſecutione. Iſti erant qui a legis peritis decepti fuerant. ¶ A longe. Maria Iacobi & Salome & Maria Magdalene & Maria mater eius erant prope crucem cum dominus matrem

*ſam terrã uſq; ad horã nonã. Luc. et obſcuratus eſt ſol. Mat. et circa horã nonã exclamauit Ieſus uoce magna dicẽs. Hely hely lamazabathani. Mar. quod eſt interpretatũ. deus meus deus meus ut quid dereliqſti me? Et quidã de circũſtãtibus audiẽtes dicebãt. Ecce helyã uocat. Mat. iſte. Ioh. poſtea sciẽs Ieſus qa oĩa cõſũmata ſunt, ut cõſũmaretur ſcriptura, dicit ſitio. Vas autẽ erat poſitũ aceto plenũ. Mat. et cõtinuo currẽs unꝰ ex eis acceptã ſpõgiã impleuit aceto, et impoſuit arundini, et dabat ei bibere. Mar. dicẽs. Sinite uideamus ſi ueniat helias ad deponẽdũ eũ. Mat. Cæteri uero dicebãt. ſine uideamus an ueniat helias liberãs eum. Ioh. cũ ergo accepiſſet Ieſus acetũ dixit. Cõſũmatũ eſt. Mat. Ieſus autẽ exclamans. Mat. iterũ. Mar. emiſſa uoce magna. Luc. ait. Pater ĩ manus tuas cõmẽdo ſpiritũ meũ. Et hæc dicẽs.*

ſuam diſcipulo comēdauit, ſed poſtea ab ire
ceperant. vt a denſitate turbæ ſe exuerent. Se
cutæ. ex deuotione audiendi verbum dei.
¶Miniſtrabant ei. victum & veſtitum vt præ
ceptori. ¶ Aliæ multæ. de alijs locis. Iacobi.
Hæc apud Iohannem vocatur Maria Cleo-
phæ. ¶Salomæ. hanc dicit. Math. matrem fi-
liorum Zebedei. Iu-
dei. in paruis diligen
tiam adhibentes &
camelum glucientes
¶Paraſceue. i. pre-
paratio ciborū. Hoc
eſt ſexta feria in qua
ad diem ſabbati cibi
preparabātur. ¶Vt
non remanerent. e-
rat enim indecens in
tanta ſolēnitate. Ma
gnus dies ille ſabba
ti. licet enim dies pri
mus paſchæ. i. ſexta
feria eſſet ſolemnis,
ſabbatum tamen ſe-
quens erat ſolemni
us. quia cum occur-
reret infra octauas
paſchæ duplicaba-
tur feſtum. ¶Vt frā
gerētur eorum cru
ra. vt. ſ. non euade-
rent & citius more-
rentur tollerentur. ſ.
de patibulis. ¶Et al-
terius qui crucifixus
eſt cum eo. videtur
ꝙ primo debuiſſent
venire ad Ieſum qui
medius erat quantū
ad ſecundum. dicen
dum ꝙ duo milites
frangebant & vnus
fregit crura vnius la
tronis, & alter alteri
us. Et hinc ambo hic
inde venerunt ad Ie
ſum qui erat in medio. ¶Vnus militum. Lon

*Ioh. et inclinato capite. Math. emiſit
ſpūm. Et ecce uelū tēpli ſciſſum eſt in
duas ꝑtes a ſūmo uſq; deorſum. et ter
ra mota eſt. et petrę ſciſſę ſunt, et mo
numēta aperta ſunt et multa corpora
ſctōrū q dormierant ſurrexerunt. Et
exeuntes de monumentis poſt reſurre
ctionē eius, uenerunt ī ſctām ciuitatē,
et apparuerunt multis. Cēturio autē.
Mar. qui ex aduerſo ſtabat. Mat. et
q cū eo erāt cuſtodiētes Ieſū, uiſo terrę
motu et hīs quę fiebāt Mar. qa ſic cla
māsexpiraſſet, timuerūt ualde dicētes
Luc. Vere hic homo iuſtus. Mar. fi-
lius dei erat. Luc. et omnis turba eorū
qui ſimul ad erāt ad ſpectaculū iſtud,
et uidebāt, q̄ fiebāt ꝑcutiētes pectora
ſua reuertebātur. ſtabāt autē oēs noti
eius. Mar. et mulieres. Math. multę a
lōge. Mar. aſpiciētes. Luc. quę ſecutę
fuerāt eū a Galilea. Mar. et miniſtra
bāt ei inter quas erat Maria magda*

ginus nomine prius impius & ſuperbus, po-
ſtea humilis & catholicus. Lancea. vt. ſ. iude-
is complaceret, qui etiam mortuum vulnera
re conati ſunt. Ac etiā vt certus fieret de mor
te eius. E cum iam caligaſſent oculi eius, ſan-
guine per lancea decurrente oculos neſciens
tetigit & viſum recuperauit & illuminatus in
Chriſtū credidit. Epi
ſcopus Cæſareæ eſt
ordinatus et martyr
effectus Euangeliſta
autem non dixit per
cuſſit, ſed apperuit.
quaſi dicat iam ibi e-
rat hoſtium ex diui-
na ordinatione et ꝓ
phetarum vaticinijs.
¶ Sanguis. verus ad
noſtram redemptio
nem. Et aqua vera &
naturalis ad noſtram
ablutionem. Non hu
mor flegmaticus. Sic
dici: innoc in. c. cum
Marthæ. de celebra.
miſſ. quia ſicut per ſā
guinē oſtenditur cor
pus Chriſti ex quatu
or humoribus, ita p
aquam oſtēditur ex
quatuor elemētis cō
poſitum. Et Aug di
cit ex latere Chriſti
dormientis in cruce
fluxerunt ſacramen-
ta quibus mundata ē
eccleſia. ¶Qui vidit.
ſ. Iohannes. ¶Vt ſcri
ptura. vt teneretur con
ſecutiue. i. ex hoc con
ſecutum eſt ꝙ ſcriptu
ra quæ ſcribitur exo.
xij. impleretur. ¶Et
alia ſcriptura. Zacha.
xij. videbunt in quē
trāſfixerūt litera Hye
ronimi dicit aſpicient ad me, quē cōfixerunt.

¶Propheta loquebatur in perſona Chriſti, et euangeliſta loquitur in tertia perſona. Et eadem eſt ſentẽtia. Et iudei hoc in iudicio videbunt quia Chriſtus in corpore ſuo reſeruauit vulnerum cicatrices. Non ſolum ad probandam veritatem ſuæ reſurrectionis, ſed etiam ad conuincendum iudeos in iudicio de peccato ſuæ mortis. Et vt oſtendat q̃ miſericorditer nos redemit. Et vt patri pro nobis ſuplicans ſuplicia ſuæ paſſionis oſtẽdat. ¶Poſt hæc autem. hic deſcribitur ipſius Chr̄i mortui deuota tumulatio. Et primo ponitur ſepelientium deuotio. ij. iudeorum malignantium machinatio ibi altera autdie. ¶Poſt hæc quæ dicta & facta ſunt cum ſero eſſet factũ i. hora veſpertina paraſceue. i. ſexta feria in qua fiebat præparatio ciboruȝ ad ſabbatum. Ecce venit notandum ꝙ licet mors Chriſti fuerit ignominioſa vt patuit, ſepultura tamẽ eius fuit nobilis & ſũptuoſa. Cuius ratio eſt quia paſſibilitatẽ & ſenſuabilitatem aſſumpſit propter noſtram redemptionẽ ideo ipſa completa in ſua morte prædicta que ad paſſibilitatem pertinent debuerunt ceſare, & ea incipere, quæ ad gloriam ſuæ reſurrectionis videntur pertinere.

*lene et maria Iacobi minoris & Ioſeph. Et Salome. Mat. mater filiorum zebedei. Mar. et aliç multç quç ſimul cũ eo aſcẽderãt Ieroſolimã. Ioh. Iudei ergo quoniã paraſceue erat, ut non remanerent in cruce corpora ſabbato, erat enĩ magnus dies ille ſabbati, rogauerunt Pilatũ, ut frãgerẽtur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fregerunt crura, et alterius qui crucifixus eſt cũ eo. Ad ieſum autẽ cum ueniſſẽt, ut uiderunt eũ mortuũ, nõ fregerunt eius crura. Sed unus militum lãcea latus eius apperuit. Et cõtinuo exiuit ſanguis et aqua. Et qui uidit teſtimoniũ perhibuit. Et uerũ eſt teſtimoniũ eius. Et ille ſcit, quia uera dicit. ut et uos credatis facta ſunt enĩ hæc, ut ſcriptura impleretur. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterũ alia ſcriptura dicit, uidebunt ĩ quẽ tranſfixerunt. Poſt hæc autẽ. Mar.*

Et vtrumq; prophetatum fuerat per yſa. liij. Cum ſceleratis reputatus eſt. Et tamq̃ ouis ad occiſionem ducetur. item capitulo. xi. erit ſepulchrum eius glorioſum. ¶Venit. ad ſepeliendum Chriſtum, anteq̃ ſabbatum intraret. ¶Diues. Et propter hoc potuit de facili accedere ad Pilatum. ¶Arimathia. primo regum. c i. dicta eſt Romatha inde Elcana fuit oriundus & Samuel. & diſtabat decem leucis a Ieruſalem. Iudæ. quæ erat ſita ĩ ſorte tribus iudæ. ¶Nobilis. genere quia de tribu Iuda. Decurio. i. de ordine curiæ & officium curiæ adminiſtrans vt dicit Beda. vel decurio. i. decem militum habens curam. ¶Actibus eorum ſcilicet iudeorũ mortem Chriſti procurantium. ¶Expectabat. certitudĩe ſpei ¶Regnum dei. Nõ temporale & terrenum, ſed cœleſte et æternum. ¶Diſcipulus. Non de duodecim, nec de. lxxij. qa multi alij erãt etiam diſcipuli Ieſu fideliter credentes eius doctrinæ. ¶Propter metum. ne ſcilicet expelleretur a ſinagoga hoc ex imperfectione timebat ante Chriſti mortẽ, quia erat ignominioſum expelli de ſinagoga. ſed poſt Chriſti paſſionem feruentior factus exemplo Chriſti animatur manifeſtauit ſe, volẽs Chriſtum

*cũ iã ſero factũ eẽt, qa erat paraſceue qđ eſt ante ſabbatũ. Luc. ecce Mat. uenit quidã homo diues. Luc. nomine. Ioſeph. qui erat. Mar. nobilis de curio. Luc. uir bonus & iuſtus. Hic nõ cõſenſerat conſilio et actibus eorum, ab Aramatia ciuitate Iudę. qui expectabat & ipſe regnum dei. Ioha. eo ꝙ eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autẽ ꝓpter metũ iudeorũ. Mat. hic. Mar. audater introiuit ad Pilatum, et petijt. Ioh. ut tolleret corpus Ieſu. Mar. Pilatus autẽ mirabatur, ſi iam obijſſet. Et acerſito centurione interrogauit eũ ſi iã mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet a cẽturione, Mat. tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. Mar. Ioſeph. Ioſeph. autẽ mercatus ſindonẽ, Ioh. uenit Mar. et deponẽs eũ. Ioh. tulit corpus Ieſu. Venit aũt et Nichodemus q uenerat ad Ieſum nocte primũ ferẽs mixturã myrrhę et aloes quaſi libras cẽtũ.*

honorifice ſepelire. ¶Scilicet. animatus iam ſanguine Chri. ¶Audater omni timore poſt poſito nec timens iudeorum inimicitas nec Pilati poteſtatem. ¶Petijt pro magno munere. i pro magna gratia vt tolleret de cruce ad ſepeliendum. ¶Mirabatur. quia pendentes in cruce non ſtatim moriebantur. ¶Acerſito. i. vocato. cognouiſſet ſcilicet ꝙ eſſet mortuus. ¶Redi. i. donari. Ioſeph. dati ui caſus eſt. Hoc fecit Pilatus ꝓpter reuerentiam & auctoritatem. Ioſep, qui inſtanter hoc petijt & etiam propter Chriſti inocẽtiam ſibi notam. ¶Sindonem. i. panum lineum candentem & mundum ¶Venit. ſcilicet cum ſindone & inſtrumẽtis apertis ad deponendum de cruce. Tulit de cruce Nicodemus. ſcilicet cũ Ioſeph. ¶Venerat. ante Chriſti paſſionem vt ſcribitur Iohannis tertio. ¶Nocte. propter metum iudeorum. Mixtu ã. ideſt vnguentum mixtum ad condiendũ corpus Chriſti. Mirrhe & Aloes. ad conſeruandum corpus ſine corruptione & fœtore. Libras centum. ſcilicet in valore. neſcimus tamen valorem harum librarum per comparationem ad monetam noſtri temporis ſ. licet hanc vnctionem fecerint ex deuotione, adhuc tamen plenam notititiam de Chriſti reſurrectione non habebant. Quia de eo ſcriptum erat. pſal. xv. Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Ait enim Augu. adhuc vt de nudo homine diſponebant, tamen multam dilectionem demonſtrabant. ¶In ſindone munda. hinc mos inoleuit eccleſie ſecundum Sylueſtri & Euſebij inſtitutionẽ, ꝙ corporalia ſuper q̃ conficit corpus chriſti, non ſint de ſerico ſed de lino terreno de conſ. di. i. conſulto omniũ. ¶Lintheis. panis lineis. hoc dicit propter ſudarium quo caput ligatũ fuit, & inſtitas. i. faſcias lineas quibus corpus fuit circum ligatum. ¶Sicut mos eſt &c. Augu. ſuper. Ioh. admonuit, huiuſmodi officijs quæ mortuis exhibentur, morem cuiuſq; gentis eſſe ſeruandum. erat autem illius gentis conſuetudo, vt mortuorũ corpora varijs aromatibus cõdirentur. quo diutius ſeruarentur illæſa. Vnde idẽ in tertio de doctrina Chriſtiana dicit. ꝙ in omnibus talibus nõ vſus rerum, ſed libido vtẽtis in culpa eſt. Et poſtea ſubdit. quod in alijs perſonis plerumq; flagicium eſt, in diuina vel prophetica perſona magnæ cuiuſdam rei ſignum ẽ. ¶In loco. i. prope locum. ¶In orto. ¶Sepultus fuit in horto quia

in horto deliciarum Adam peccauit. ¶Mo-
numentum.ſecundum Bedam dicitur q̄ mo
numentum domini domus rotunda fuit de
ſubiacente rupe exciſſa.tanta altitudine vt ho
mo rectus exiſtens vix extenta manu cul-
men poſſet attingere. Et habet introitum ab
oriente.cui lapis magnus aduolutus atq; im-
poſitus eſt in cuius
parte aquilonari ip-
ſum ſepulchrū ideſt
locus dominici cor-
poris de eadem pe-
tra factum eſt. ſep-
tem habens pedes lō
gitudinis trium pal-
morum menſura a
pauimēto altius emi
nens. qui ſcilicet lo-
cus non deſuper,ſed
a latere meridiano p
totū patet vnde cor
pus inferebatur.co-
lor autem monumē
ti & loculi albo & ru
bro dicitur eſſe per
mixtus. ¶Nouum i
quo nullus ſepultus
fuerat, quod erat ip
ſi Ioſeph.ſumptuo
ſe factū.Nam Math.
loquens de ſolo Io-
ſeph ait, & poſuit in
monumento ſuo no
uo. Et q̄a hic de am
bob⁹ hyſtoria loqui
tur, & monumentū
non erat amborum
ideo prætermiſi il-
lud verbum .ſuo &
ſic Chriſtus nec do-
mū habuit viuēs vbi
caput reclinaret nec
etiam mortuus habu
it proprium locum vbi ſepeliretur. ¶In petra
nam ſi in terra fuerat ſepultus poterant iudei
dicere q̄ diſcipuli ſuffoſſo ſepulchro tulerant
corpus Chriſti.& ſi fuiſſet ex multis lapidib⁹

*Acceperūt ergo corpus Ieſu. Mat.
in ſindone munda. Ioh. & ligauerunt
eum in lintheis cum aromatibus, ſicut
mos eſt iudeis ſepelire. erat autē in lo-
co, ubi crucifixus eſt, hortus. et in hor
to monumentum nouum. Mar. quod
erat exciſſum. Mat. in petra. Luc. in
quo nondū quiſq; poſitus fuerat. Ioh.
ibi ergo ꝑpter paraſceuem iudeorum,
quia iuſta erat monumentum, poſue-
runt Ieſum. Mat. & aduoluit ſaxum
magnum ad hoſtium monumenti, &
abijt. Erāt autem ibi Maria magda
lena & altera Maria ſedentes cōtra
ſepulchrum. Altera autem die q̄ eſt
poſt paraſceuem conuenerunt princi
pes ſacerdotum & phariſei ad Pila
tum dicentes. Domine recordati ſu-
mus quia ſeductor ille dixit adhuc ui
uens, poſt tres dies reſurgā. Iube ergo*

dexerant q̄ ſumoto aliquo lapide & iterum
appoſito fuerat corpus ſublatum. vt dicit Be
da. ¶Nondum quiſq̄. propter certitudinem
dominicæ reſurrectionis ne poſt reſurrectio
nem cæteris corporibus remanentibus ſurre
xiſſe alius crederetur. ¶Paraſceuem.i.quintā
feriam que dicebatur preparatio ciborum vt
dictum eſt in qua li-
cebat corpora ſepeli
ri, & alia pietatis ope
ra exercere.ſed illa di
es adeo declinabat
ad veſperam q̄ iam
Sabbatum illuceſce-
bat vt Luc.dicit.i.qua
ſi incipiebat. Et ideo
non poterant longi-
us portare corpus.iu
ſta.i.prope.ſ. per quī
quaginta paſſus di-
ſtās a loco crucifixio
nis. ¶Aduoluit.Ioſe
ph.ſ.& etiam Nycho
demus cū alijs. ¶Sa-
xum magnum. hoc
deſignat q̄ non ſine
auxilio plurimorum
ſepulchrum poterat
reſerari. vnde mulie
res dicebant quis re
uoluet nobis lapidē
ab hoſtio monumen
ti. Mar.xvi. ¶Abijt.ſ.
Ioſeph.Nycodemus
& alij. monumenti.
i.domūcule itra quā
erat monumentū vt
dictum eſt. ¶Altera.
Maria ſ. Cleophæ vt
Mar. dicit de alijs nō
legimus. ſed quia Lu
cæ.c.xxiij. dicitur ſub
ſecutæ autē mulieres
q̄ cum ipſo venerant de galilea viderunt mo
numentum & quenadmodum poſitum fue
rat corpus eius. dicendum q̄ aut de illis lucas
intelligat, quas Mar. commemorauit, aut q̄

*cuſtodiri ſepulchrum uſq; in diê terti*
*um, ne forte ueniant diſcipuli eius &*
*furentur eum, & dicant plæbi. Surre*
*xit a mortuis. Et erit nouiſſimus er-*
*ror peior priore. Ait illis Pilatus*
*habetis cuſtodiam. Ite cuſtodite ſicut*
*ſcitis. illi aũt abeuntes munierũt ſepul*
*chrũ ſignãtes lapidẽ cum cuſtodibus.*

*Laudetur Chriſtus.*

Mathe. & Marc. non dicunt ꝙ illæ ſolum ibĩ
fuerint. Aliqui etiam dicunt ꝙ virgo mater
Chriſti aſtitit depoſitioni & etiam tumula-
tioni. ¶ *Sedentes contra ſepulchrum*. Ex de-
uotione & ad ſcrutandum quomodo redire
poſſent ad vngendum. ¶ Fuit Chr̃s in horto
ſepultus. quia pati venerat ad ſatiſfactionem
peccati in horto cõ-
miſſi. Lintheo inuo-
lutus quia in mundi
cia quieſcit in alieno
monumento quia ꝑ
aliorum morieba-
tur peccatis & ſalute
& in monumẽto no
uo exciſſo in petra.
quia vt Hylarius di-
cit per apoſtolorum
doctrinam in pectꝰ
duriciæ gentilis quo
dam doctrinæ ope
re exciſſum Chriſtus
infertur. ¶ Rude. ſ.
ac nouum & nullo
antea ingreſſu timo
ris dei peruium. Et
nihil oportuit preter eum penetrare pectora
noſtra. Et ſic Origenes dicit. Ioſeph inuoluit
corpus Chr̃i in ſindone mũda & poſuit illud
in monumẽto nouo & aduoluit lapidẽ mag
nũ, quia omnia q̃ ſunt circa corpus Ieſu mun
da ſunt & noua & valde magna. Altera autẽ
die. hic ponitur iudeorum machinatio qui nõ
ſolum in vita & in morte fuerunt Chriſto in
ſidiati, ſed etiam mortuo & ſepulto. Altera
autem die ſcilicet ſabato. Paraſceuem id eſt ſe
xtam feriam que dicebatur præparatio cibo
rum ad ſabbatum. ¶ *Seductor*. Nondum ſa-
tiati morte conuitiantur mortuo. Poſt tres
dies. hoc habuerunt quando dixit. Sicut fuit
Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ven
tre ceti, ita erit filius hominis tribus diebus &
tribus noctibus in corde terræ. Quod ſecun
dum Augu. & Hieroni. per ſynedochem eſt
intelligendum. quod. ſ. parte vltima paraſce-
ues & prima parte diei dominice & tota die
ſabbati, tres dies & tres noctes. i. tres dies na
turales intelligantur, accipiendo partem pro
toto quia de tribus di
ebus naturalibus ali
quã partẽ primæ &
tertiæ diei & totam
ſecundam feriam ſte
tit in ſepulchro. ¶ Iu
be. ergo cuſtodiri ſe
pulchrũ. ſed quia nõ
eſt conſilium contra
dominum prouerbi
xxi. factum iudeorũ
fecit ad oppoſitũ ſuæ
machinationis, & ad
certitudinem reſurre
ctionis Chriſti quia
cuſtodes eam teſtifi-
cati ſunt vt patet Mat.
xxiiij. ¶ Nouiſſimus
error. ſ. ꝙ diſcipuli fu
rentur & dicant eum reſurrexiſſe. ¶ Peior
priore ſcilicet. ꝙ dimiſimus eum ſuam doctri
nam ſeminare. ¶ Habetis cuſtodiam. i. con-
cedo ꝙ accipiatis milites ad cuſtodiẽdum eũ
pro voluntate veſtra. ¶ *Sicut ſcitis*. eſſe vobis
expediens. ¶ Munierũt ſepulchrum cum mi
litibus armatis ne ſcilicet aliquis accederet.
¶ *Signantes*. i. ſigillantes ne. ſ. aliquis poſſet in
gredi ſine ſcitu & volũtate eorũ. cũ cuſtodibꝰ
i. ipſi & cuſtodes ſigillauerũt vt ait Chriſoſth.
¶ Et hæc ſub determinatiõe ſacro ſanctæ ma
tris eccleſiæ dicta, ſufficiant. de precioſiſſima
paſſione ac deuotiſſima tumulatione in ma-
culati agni Chriſti Ieſu, cui eſt laus & gloria
in ſecula ſeculorum Amen.

ABSOLVTVM EST OPVS HI
STORIAE PASSIONIS DO-
MINICAE DIE ET ANNO A
NATIVITATE DOMINI
MILLESIMO QVINGEN
TESIMO QVADRA
GESIMO SECVN
DO OLISBO
NAE.


LUDUUICUS
RODURICI



Dis nicullao Carualho

Anto